



# **Dissertatio medica inauguralis de cortice Rhamni frangulae ejusque viribus in Nosocomio Academico indagatis**

<https://hdl.handle.net/1874/313500>

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS  
DE  
CORTICE RHAMNI FRANGULAE  
EJUSQUE VIRIBUS  
IN  
NOSOCOMIO ACADEMICO INDAGATIS.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS

DE

GORTE RHAMNI FRANGULAE  
ET SQUE VIRIBUS

ET

IN ACADEMIA MEDICA INAGURATA

AV

AVVVENTE SEMO XCVI

AVVVENTE SEMO XCVI  
HENRICO ROBERTO VIKKE

AVVVENTE SEMO XCVI

AV

GORTE RHAMNI FRANGULAE  
ET SQUE VIRIBUS

AVVVENTE SEMO XCVI

AVVVENTE SEMO XCVI  
HENRICO ROBERTO VIKKE

AVVVENTE SEMO XCVI

AVVVENTE SEMO XCVI  
HENRICO ROBERTO VIKKE

AVVVENTE SEMO XCVI

AVVVENTE SEMO XCVI

AVVVENTE SEMO XCVI  
HENRICO ROBERTO VIKKE

AVVVENTE SEMO XCVI

AVVVENTE SEMO XCVI

AVVVENTE SEMO XCVI

AVVVENTE SEMO XCVI

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS

DE

CORTICE RHAMNI FRANGULAE  
EJUSQUE VIRIBUS

IN

NOSOCOMIO ACADEMICO INDAGATIS,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI.

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus,*

SUMMISQUE IN

MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GERARDUS ANDREAS ALPHERTS,  
Culemborgensis.

A. D. II M. JUNII A. MDCCCLIV, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD I. E. BOSCH ET FILIUM ET VIDUAM P. MUNTENDAM ET FILIUM.

MDCCCLIV.



PARENTIBUS  
OPTIMIS CARISSIMIS,  
NEC NON  
AVUNCULO DILECTISSIMO

*Hasce studiorum primitias  
omni, qua decet, pietate  
d. d. d.*

AUCTOR.



## PRAEFATIO.

---

*Cortex Rhamni frangulae, olim in medicina crebro adhibitus, dein obsoletus, nuper denuo commendatus est, nec raro ab hodiernis Aesculapii ministris, nostra etiam in patria, praescribitur. At vero dissentiunt circa administrandi rationem, aliis integrum, aliis interiorem tantum corticis illius partem adhibendam esse docentibus; aliis vires juniorum ramorum et recentium a vetustiorum et siccatorum viribus differre contendentibus, aliis illud negantibus. Quae cum ita sint, operae pretium visum est investigare, quid veritati consentaneum sit, deque investigatione illa ejusque eventu in Specimine Academico referre.*



*Atque hoc quidem specimen quatuor continet capita, quorum primo remedii, de quo agimus, historia exponitur naturalis; secundo referuntur ea, quae varii scriptores de viribus illius docuerunt; tertio experimenta traduntur, in Nosocomio Academico Rheno-Trajectino nuper instituta; quarto consecutaria proponuntur de actione et usu corticis Rhamni frangulae.*

*Atque haec quidem de dissertatione praefanda habui. Avide autem hancce opportunitatem arripio, ut pium et gratum animum iis significem, qui bene de me meriti sunt.*

*Inter illos Tu carissime Pater! primum occupas locum. Jam inde a prima infantia ingenio meo stimulos admovisti, exemplo tuo me adhortatus es, omnibusque, quibus impertiri debet puerilis aetas, doctrinis erudiendum me curasti; quin imo, ubi propter urbis natalis subsidia parciora occasio deërat, Tu ipse ducis et praeceptoris munus suscepisti. Diu servet, enixe hoc precor D. O. M., vitam tuam incolumem mihi omnibusque qui tibi cari sunt.*

*Quid tibi dicam Avuncule dilectissime! qui post matris carissimae obitum eheu! praecocem, mihi semper tutor egregius atque in varia rerum conditione admonitor adjutorque fuisti amicissimus? Multa pro tot tantisque beneficiis dicere non possum. Hoc scias velim, vir aestumatissime, verum erga te pietatis sensum pectori meo haerere infixum. D. O. M. te remuneret pro paterna tua sollicitudine tibi que faveat et iis, qui tibi cari sunt.*

*Jubet me etiam officium, non minus jucundum, tibi gratias agere, vir doct. BALFOORT, Gymnasii Culeburgici Rector. Quamvis primum Academicis studiis haud destinatus, tamen multa me tibi debere pro ardore, quo me Litterarum studiis imbuere conatus es, semper memini discipulus gratus. Tuam et amicitiam et benevolentiam consuetam in me collocare pergas.*

*Quantam vero vobis gratiam habeam, viri Clarissimi, quos in Academia Rheno-Trajectina praeceptores habere mihi contigit, quorumque institutionibus praeclaris frui mihi licuit, animus palam praedicare jubet. Gratias accipite meas sinceras, viri Clarissimi, qui Facultati medicae praeestis, pro egregia institutione, multisque et variis in me collatis beneficiis, quorum gratissima semper mihi erit recordatio.*

*Quibus autem Te verbis alloquar, Promotor aestumatissime G. J. LONCQ, si omnia, quae Tibi debeo reputo? Tua in me merita laudesque Tuas praedicare Vir Clarissime! nec possum ego nec, si possim, Tu velis. Verum, dilectissime Preceptor! simplicem grati animi testificationem Tibi sufficere scio, quippe qui gaudeas ipsa re, quod et de discipulis et de genere humano bene merearis. Liceat mihi etiam, Academia relicta, tuus esse discipulus et tam diu tuis frui consiliis, quam diu a Summo Numine in Academiae Patriaeque salutem Tibi vivere concessum erit.*

*Et tandem ad vos me converto amici, quibuscum per plures paucioresve annos in hac Academia versatus, sensim sensimque necessitudinis vinculo junctus sum*

*Praecipue vero vos specto, quos amicos habui  
fidisque. Plures e vobis Academiam jam reliquistis  
atque alio alii discessistis; triste itaque valedicendi  
officium valde imminutum est. Sed ubicunque locorum  
aut sumus aut erimus, idem sit quod antea nobis  
studium, idem sensus, eadem maneat animorum con-  
junctio. Vos mei memores estote, ut ego vestri.  
Valete!*



## CAPUT PRIMUM.

### COETICIS RHAMNIFRANGULAE HISTORIA NATURALIS.

#### § 1. *Descriptio plantae botanica.*

*Ordo natur. Rhamneae* (1). *Calyx* 4-5 *fidus*, *laciniis aestivatione valvatis, deciduis; tubo persistenti, ovario plus minusve adhaerente*. *Petala calycis laciniis alterna, saepe squamiformia, stamina tot, quot petala, iisque opposita; ovarium disco glanduloso cinctum, 2-4 locale; loculis 1 ovulatis, ovulis erectis. Stylus 1, stigmatibus 2-4, interdum ad basin partitus. Embryo rectus, radicula hilum spectante* (2).

#### *Charact. genericus.*

*Calyx* 4-5 *fidus, deciduus, basi circumscissa, latiore vel angustiore, persistenti; tubus campanula-*

---

(1) R. BROWN, gen. rem. p. 22. DC. pr. 2. p. 19. K. S. KUNTH, Handb. der Botan. 2e dl. p. 381.

(2) Dr. G. D. J. KOCH, Synops. flor. Germ. et Helv. edit. 2da p. 1. p. 161.

tus vel turbinatus; limbus patens vel reflexus. Petala et stamina margini tubi inserta. Stylus indivisus vel bi-quadrifidus. Drupa (pomum<sup>p</sup>) 2-4 pyrena, succulenta vel subsicca; pyrenae cartilagineae longitudinaliter dehiscentes. Semen sulco profundo exaratum, basi hilo cartilaginoso prominulo, instructa (1).

*Sectio IV Frangula.* Tournef. DC. Prodr. 2, p. 26. *Rami alterni*, inermes. Folia decidua, venis rectis oblique parallelis. Flores hermaphroditi, pentapetali, pentandri. *Stylus indivisus*; stigma capitatum (2).

*Charact. specificus.* Rhamnus frangula (L. sp. 280, Cl. V ord. 1 pent. monog.) inermis, foliis ellipticis acuminatis *integerrimis*, floribus hermaphroditis pentandris, pedunculis calycibusque glabris vel adpresso-pubescentibus, stigmatate indiviso, caule erecto. Crescit in sylvis et dumetis, imprimis in locis arenosis. Floret in Majo et Junio. KOPS, Flor. Bat. p. III. tab. 232.

*Synon. Belgica.* Gemeene Wegedoorn (3). Sporekenhout, Vuilboom, Pijlhout, Stinkeboom, Houtjeshout, Hondboom, Hondjeshout (4), Kraibessenhout (5).

*Synon. German.* Faulbaum, Hundsbeere, Scheisz-

---

(1) l. l. p. 160. H. C. v. Hall, Flor. Belg. sept. p. I. p. 198.

(2) Synops. flor. Germ. Helv. p. 1. p. 163.

(3) H. C. v. HALL, Fl. Belg. sept. p. 1. p. 200.

(4) SEPP. Afb. d. arts. gew. III d. p. 57. KOPS, Fl. Bat. d. III, tab. 232. DAV. DE GORT. Fl. VII prov. Belg. foed. p. 63.

(5) Nomen est rusticis omnium notissimum.

beere, Pulverholz, Faulholz, Zweckenholz, Spükker, Fuhlboom, Zapfenholz, Sperberholz, Sprötzerholz, Grindholz, Gelbholz, Hinholz, Steckbaum, Luckberste, Purgirbaum, Huhner-augenbaum, Wohlkirsche, Ahlkirsche, Spillbeere und Spengelbeere (1).

*Synon. Gallica.* Bourgène, aune noir.

*Synon. Latin.* *Alnus nigra baccifera* (Bauh. pin 428) (2).

*Alnus nigra*, *Frangula alnus* (Mill. et Moench (3).

Nomen Germanicum „Steckbaum“ *Rhamnum catharticam spinosam* potius, quam *Rhamnum frangulam* nobis proponit. Aliis autem in libris (4) sub nomine Germanico „Faulbaum,“ intelligitur *Prunus Padus* (L) vel *Cerasus Padus* (Dec), et revera factum esse legimus, ut *Rhamnus frangula*, cum *Pruno Pado* commutaretur (5).

## § 2. *Descriptio corticis pharmacognostica.*

In statu recenti cortex *Rhamni frangulae* nobis offert strata quatuor haec sequentia:

1) Epidermidem vetustiorum ramorum ex griseo-

---

(1) J. MELZGER, Landwirthschaftliche Pflanzenk. 1851. 1 Abth. p. 894. en KOPS, Fl. Bat. III d.

(2) DAV. DE GORT. Fl. VII prov. Belg. foed. p. 63.

(3) E. STEUDEL. Nomencl. Bot. p. 685.

(4) C. SCHMIDT, Encyclop. d. gesammt. Medizin im Vereine mit mehrere Aerzte, Leipz. 1841. Bd. 6. p. 390.

(5) J. MELZGER, Landwirthschaftl. Pflanzenk. 1851. 1. Abth. p. 894.

G. W. BISCHOF, Pharm.-med. Botanik, p. 97, Erlang. 1843.

viridem, juniorum ramorum magis nigrescentem et multis maculis parvis albidis obsitam.

2) Stratum epidermidi immediate subsequens, quod praesertim, si humefactum est, colorem habet ex purpureo-rubescens; quo tam junioribus quam vetustioribus ramis, post leviolem tantum abrasionem, nota datur summe characteristica. Stratum hoc a doctissimo BINSWANGER non observatum fuit (1).

3) Stratum tenuissimum spongiosum, coloris herbacei (chlorophyllum).

4) Corticem interiorem ex albo-flavescentem, ratione ramorum diametri crassum, qui siccatus colorem acquirit magis profundum, colori cinnamomi corticis haud dissimilem. Hic corticis Rhamni frangulae *interioris* nomine vulgo appellatur. Ex antiquioribus descriptionibus ea praesertim commemorari meretur, quam Dodonaeus dedit, cui cortex noster dicitur „eene zwarte schorsse met graeuwe plackskens besprinckelt, onder de welke een geel velleken schuylt. dat sterk doet braecken, ende veel waters door den stoelganck afdryft.” DODONAEUS cap. XXV, p. 1319. edit. Antv. a. 1644 Cf. etiam LOBEL dl. II, p. 203. edit. Antv. 1581.

Nuper corticem Rhamni frangulae vel ipsi descripserunt vel ab aliis descriptum retulerunt CANSTATT, jahrb. f. Pharm. 10e jahrg. p. 43—45. P. J. HAAXMAN, Tijdschr. v. Wetensch. Pharm. 1852, 4e jrg.

---

(1) CANSTATT'S Jahrb. f. Pharm. 10e jhrg. p. 43—45.

p. 105. BUCHNERS Repert. f. Pharm. 1849, 3<sup>te</sup> Reihe  
p. 328. X. SCHÖMANN, Lehrb. d. Arzneimittellehre,  
1853, p. 529, etc.

Admirabilis dici potest corticis recentis colorum  
splendor, quem imprimis in ramis vetustioribus obser-  
vavi, quod non solum valet de strato secundo purpureo,  
cujus color a recentioribus scriptoribus nota dicitur  
characteristica, sed etiam de stratis duobus subse-  
quentibus, viridi et flavo; quorum quidem posterius,  
quasi croco vel gummi gutta tincta videtur.

### § 3. *Analysis Chemica.*

Quemadmodum dissentiunt viri docti de corticis  
Rhamni frangulae vi medicata, prouti vel recens,  
vel siccatus, vel cum epidermide, vel sine eadem ad-  
ministretur, sic etiam quam maxime inter se differunt  
auctores, quod attinet ad compositionem corticis  
chemicam. Nonnulli (1) quippe oleum quoddam  
inesse dicunt, acidum continens hydrocyanicum, quod  
alii diserte negant (2). Sunt etiam, qui nullam hac  
de re mentionem injiciant.

---

(1) A. W. M. V. HASSELT, Handl. tot de vergiftl. 1853, 3e st.  
§ 691. (Noot) „Bischoff en Pereira geven aan, dat de cortex  
interior van de Rh. frangula, cene acid. hydrocyanicum ontwik-  
kelende olie bevat.”

Dr. A. WIGGERS, Grundrisz der Pharmacogn. Gott. 1847, p. 378.—  
G. W. BISCHOFF, med.-pharm. Botanik, Erlang. 1843, p. 97.—  
P. J. HAAXMAN, Tijdschr. voor wetensch. Pharm. Rott. 1852,  
4e jrg. p. 105.

(2) P. J. HAAXMAN, Tijdschr. etc. 4e jrg. 1852, p. 105, zegt:



Quamvis corticis Rhamni frangulae compositio chemica nondum bene cognita sit, non incongruum tamen mihi videtur investigationes referre, a doctissimis GERBER et BINSWANGER factas, quibus plerique ex hodiernis scriptoribus utuntur.

ANALYSIS CHEMICA CORTICIS RHAMNI FRANGULAE,

DOCT. G. F. GERBER (I).

Doctissimus GERBER tam recentem quam siccatum Rhamni frangulae corticem, chemica ratione investigavit. Experimenta sua variis instituit modis, cum destillatione corticis recentis aquosa, tum extractione corticis siccati, adhibitis aqua bullienti, acido hydrochlorico, aethere et potassa liquida, tum etiam combustionem. Quae reperit, haec sunt:

Analysis chemica corticis recentis per destillationem.

1<sup>o</sup>.) Olei aetherei vestigia.

2<sup>o</sup>.) Acidum hydrocyanicum.

Ex 1000 partibus corticis siccati, tam digestionem aquosa quam alcoholica, separavit:

---

„Binswanger heeft noch in de stam-, noch in de wortel-bast acid. hydroc. gevonden.” — BUCHNER's rep. f. Pharm. 3e Reihe 4e Bd. Nurnb. 1850, p. 169. — CANSTATTS Jahrb. über Pharm. 10e Jhrg. 1850, p. 43—45.

(1) BUCHNER's Rep. f. Pharm. 3e Reih. 4e Bd. Nurnb. 1850, p. 145—147. — BRANDES, Archiv f. Pharm. XXVI. 1. — Dr. A. WIGGERS, Grundrisz d. Pharmacognos. 1847, Göttingen.

	Partes	
1°.) Cerae . . . . .	5.	
2°.) Chlorophylli . . . . .	17,5	
3°.) Materiei extractivae amarae, cum phyteumocolla, malate et hydro- chloratecalcis . . . . .	46.	
4°.) Sacchari mucosi . . . . .	6.	
5°.) Materiei flavae colorantis resinosae . . . . .	27.	
6°.) Albuminis . . . . .	18,6	
7°.) Gummi, malatis, sulph., hydrochl., potassae et calcis . . . . .	85.	
8°.) Materiei extract <sup>vae</sup> cum phyteumo- colla, saccharo, malate calcis et hydro- chlorate potassae . . . . .	45.	
9°.) Phosphatis calcis et aluminae . . . . .	21.	
10°.) Malatis calcis et magnesiae . . . . .	20.	
11°.) Materiei ulminosae . . . . .	110.	
12°.) Gummi	} Solutione potassae liquidae {	145.
13°.) Materiei extractivae		75.
14°.) Fibrarum lignearum . . . . .	266.	
15°.) Iactura aequabat . . . . .	34.	
	1000.	

Ex qua analysi doctissimus GERBER haec consequi censet:

a) Odorem corticis nauseosum attribuendum esse oleo cuidam aethereo;

b) Cortici Rhamni frangulae inesse acidum hydrocyanicum;

c) Principium corticis activum situm esse in

materie quadam extractiva amara, quam puram parare tibi possis ex praecipitato decocti Rhamni frangulae, quod acetate plumbico obtinetur, decompositione quippe cum acido hydro-sulphurico, filtratione, evaporatione et extractione cum alcohole absoluto;

d) Materiem colorantem esse naturae resinosae eamque acidis colore laete rubro, alcalibus vero rubro profundiore tingi.

Aliam GERBERI analysin ab antecedenti differentem reperimus in opere WIGGERSII, quod inscribitur: „Grundrisz der Pharmacognos.” 1847. p. 378.

	Partes
Olei.-Aetherei. } vestigia.	
Acidi hydrocyan. }	
Cerae . . . . .	0.50.
Chlorophylli . . . , . . . . .	1.75.
Sacchari mucosi . . . . .	0.60.
Albuminis . . . . .	1.86.
Gummi . . . . .	14.50.
Fibrarum lignearum . . . . .	26.60.
Damnum fuit . . . . .	3.40.
Materiei extract. amarae } . . . . .	4.60.
Malatis et hydrochl. Calcis }	
Materiei flavae colorantis resinosae . . . . .	8.00.
Materiei colorantis mutatae . . . . .	2.70.
Gummi cum calce ejusque salibus . . . . .	8.50.
Materiei extr. cum saccharo . . . . .	4.50.
"    " (a potassa liq. extracta) . . . . .	7.50.
Materiei extr. ulminosae . . . . .	11.00.
Malatis Calcis et Aluminae . . . . .	2.00.
Phosphatis Calcis . . . . .	2.10.

E fibrarum lignearum combustione obtinebat cineris grisei 1.5, qui variis salibus, oxydo ferri, peroxydo manganesii et acido silicico constabat.

MAXIMILIANUS BINSWANGER analysin chemicam tam corticis trunci, quam corticis radice Rhamni frangulae dedit ampliorem, in dissertatione sua praemio ornata (1), a pluribus jam scriptoribus, quod supra notavi, citatam (2). Equidem non nisi illam, quam in explorando cortice trunci secutus est, rationem hinc exponam.

ANALYSIS CHEMICA CORTICIS RHAMNI  
FRANGULAE MAX. BINSWANGER.

1°. Digestio aetherea.

Certa quaedam corticis Rhamni frangulae pulverisati quantitas a doctissimo BINSWANGER per vices cum aethere frigido et tandem cum aethere bullienti digerebatur, tinctura filtrabatur, residuum denique siccabatur, quo patuit, 3% partes aethere susceptas esse.

Solutio aetherea ex fusco-flava evaporationi submissa praebebat extractum pellucidum coloris ex

---

(1) MAX. BINSWANGER, pharm. Stud. über Rh. frang. und Rh. cath. gekr. Preisschr. 1850, Munchen bei Wolff.

(2) SCHMIDTS Jahrb. f. gesamt. Med. 1850, Bd. 67. p. 1. —  
" " " " " 1850, Bd. 68. p. 30. —  
CANSTATT'S Jahrb. 10 Jahrg. 1850, p. 43—45. — X. SCHÖMANN,  
Lehrb. der Arzneimittellehre, 1853, p. 529. — P. J. HAAXMAN,  
Tijdschr. voor wetensch. pharm. 4e jaarg. 1852, p. 105.

rubro-flavescentis, saporis perquam amari, adstringentis, quod odorem spargebat peculiarem, et facile in alcohole plane solvebatur.

Durante hujus aethereae solutionis evaporatione, substantia ex viridi-fusca, glutinosa, et saporis oleosi excreta fuit, quae calefacta odorem spargebat olei empyreumatici, et residuum reliquit carboni nigro haud dissimile.

Natura hujus materiae oleosa, inde imprimis patuit, quod in charta maculam producebat oleosam, in superficie acidi hydrochlorici, guttarum oleosarum instar, natabat, et cum solutione potassae causticae concentrata connubium inibat saponaceum, quod in aqua plane solvebatur. Acidum hydrochloricum, quo usus erat vir doctus, colorem accepit viridem. Dixit autem materiem illam pinguedinem chlorophyllum continentem.

Ex liquore, qui percolatione a pinguedine chlorophyllum continente separatus fuit, dein tanninum coloratum paravit, quod in aqua bullienti solutum et postea refrigeratum, addito acetate plumbico, praecipitatum dabat album, addito vero chlorido ferrico colorem accepit fusco-viridem, addita denique ammonia liquida et ichthyocola colorem fusco-rubrum. Tam hacce in solutione, quam in solutione alcoholica sequenti, vestigia materiei colorantis flavae (rhamno-xantini) reperiabantur.

Qui a tannino colorato filtratione separatus fuit liquor aquosus, tam post exsiccationem quam combustionem, odorem spargebat acidi pyro-gallici; in-

super tannini speciem continebat, quae ferro colore ex fusco-viridi tingeatur. Lixivium tandem, quod a pinguedine chlorophyllum continente separatum erat, post digestionem cum aqua bullienti resinam amorpham fuscam praebuit.

## 2°. Digestio alcoholica.

Postquam pulvis corticis Rhamni frangulae, qui jam cum aethere digestus erat, digestionem alcoholicam primum frigidae, dein calidae submissus erat, filtratione instituta patuit, in alcohole solutas fuisse partes 7,5 %/o. — E solutione hac alcoholica coloris pulcherrime rubri, evaporatione et exsiccatione materies secernebatur fusca, friabilis, quae pro maxima parte tam in alcohole frigido atque calido, quam in aethere solubilis erat, sed in aqua prorsus solvebatur. Muriate ferri addito, coloris mutationem subibat ex fusco-nigrescentem, acetate plumbico vero, fuscum dabat praecipitatum. — Porro haec solutio, additis alcalibus, colore magis profundiori tingeatur, et massa fusca, (materies extractiva peculiaris, nitrogenii carens) acetate plumbico praecipitata, atque post evaporationem relictam, combustionem odorem spargebat empyreumaticum, haud ammoniacalem et, remanente parva cineris quantitate, prorsus fere in vaporibus flavis evanuit.

Tanquam productum praeparationis (forsitan ex chemica aëris vi in acidum tannicum), a doctissimo BINSWANGER dein alia separabatur substantia ulmi-

nosa rubro-fusca, e tinctura sc., quam e materie extractiva jam commemorata filtratione acquisiverat. Materies illa, quae in aqua, alcohole et aethere insolubilis erat, in solutione alcalina cum colore profunde fusco solvebatur, et ex ea solutione, acidorum ope, sub flocculorum fuscorum forma praecipitabatur. Materies haec ex sententia BINSWANGERI (1) et aliorum magnam praebet analogiam cum substantia *Aporetinum* dicta, quae a doctissimis DÖPPING et SCHLOSSBERGER e radice Rhei parata fuit.

Extractum alcoholicum coloris flavo-fusci et saporis amari adstringentis, post digestionem aquosam, parva aetheris quantitate transfusum huic ultimae quidem, èt tannini quidquam èt materiem quandam colorantem impertibat; in alcohole prorsus solvebatur, quae alcoholica solutio post evaporationem, materiem relinquebat resinosa, quae sublimata ita flagrabat, ut flammula laete flava appareret et vapores flavi spargerentur.

Materies haec resinosa duarum vel plurium resinarum conjunctio esse videbatur, quia alcoholica ejus solutio partim tantum, acetate plumbico, cum fusco colore praecipitabatur. Et revera doctissimus Binswanger ex una hac materia duas secrevit resinas diversas, alteram insipidam fuscam, alteram saporis perquam amari; posteriorem igitur pro Rhamni frangulae principio amaro activo habet.

Solutio amara adstringens, ex flavo-fusca colorata quae digestionem aquosa separata fuit ab extracto

---

(1) BUCHNERS Rep. III Reihe. 4e Bd. p. 155.

alcoholico, cum solutione concentrata acetatis plumbici, praecipitatum dedit floccosum, coloris fusco-flavi, quod acido hydro-sulphurico decompositum, et solutione ferrosa examinatum, huic ultimae colorem dedit fusco-viridem, a doctissimo BINSWANGER dictam: „Eisen-braungrünenden Gerbstoff.“

Liquor, qui percolatione a praecipitato plumbico liberatus erat, nullum amplius cum acetatis plumbi basici solutione deposuit sedimentum, sed evaporatione syrupi fusci formam assumpsit, in quo adhuc tam sacchari quam acidi vegetabilis, tannini atque materiei amarae particulae inerant.

### 3°. Digestio aquosa.

Cortex, jam alcohole et aethere digestus, tandem digestionem aquosae tam frigidae quam calidae subiectus fuit, quo modo 21,5 % solvebantur. Solutiones aquosae coloris erant fusco-flavi, saporem habebant amarum adstringentem. Extractum fuscum, quod evaporatione ex iis paratum fuit, saporem primum quidem dulcem, mox vero amarum referebat. — Ex solutione hujus extracti aquosa cum alcohole materies praecipitabatur extractiva gummosa, quae combustionem subiecta, salium vestigia ostendebat, quum in liquore spiritioso, reactione cum muriate ferri, post evaporationem atque combustionem, sacchari, tannini, materiei extractivae amarae et salium particulae remanerent.

Experimentis hisce omnibus perpensis, quae a doctissimo Binswanger instituta fuerunt, corticis



Rhamni frangulae compositionem chemicam, ponimus hanc sequentem. Insunt:

1) Materies volatilis, quae destillatione aquosa separari potest, cui autem corticis recentis odor tribuendus videtur.

2) Pinguedo chlorophyllum continens.

3) Rhamno-xantinum, quae materies est colorans flava, crystallisabilis et sublimabilis, atque alcalibus colorem accipit purpureum pulcherrimum.

4) Tanninum, quod ferrum ex fusco viridi tingit colore.

5) Materies ulminosa, coloris rubro-fusci (Aporentino radicis rhei haud dissimilis).

6) Resina amorpha in aethere solubilis.

7) Resinae nonnullae in alcohole solubiles, quae autem in aethere non solvuntur.

8) Substantia amara (resinosa), cui verosimiliter corticis vis purgans attribuenda est.

9) Materies extractiva fusca, insipida, in aqua solubilis.

10) Materies extractiva gummosa.

11) Saccharum amorphum.

12) Acidum malicum ejusque sales.

13) Chlorureti calcii, sulphatis potassae, phosphatis potassae, calcis, magnesiae, oxydi ferri atque acidi silicici vestigia.

In solutione *aetherea* solvebantur:

partes

Pinguedinis, rhamno-xantini, tannini atqueresinae 3,0

<i>In alcohole:</i>	partes
Resinae, materiei extractivae amarae, sacchari, tannini atque materiei colorantis . . . . .	7,5
<i>In aqua:</i>	
Materiei extractivae gummosae atque salium	21,5
<i>Residuum insolubile erat</i> . . . . .	68,0
	<hr/>
	100,0

Etiam ratione habita administrationis corticis Rhamni frangulae therapeuticae, analysis hujus corticis *decocti* chemica, a doctissimo BINSWANGER instituta (1), attentione dignissima videtur. Cum enim forma decoctionis cortex ille imprimis a medicis laudetur, multum refert scire, quaenam ex partibus constituentibus enumeratis in tali decocto contineantur.

Sunt illae: tanninum, materies extractiva amara, materies colorans flava, acidum malicum, materies ulminosa, extractiva fusca gummosa et saccharum.

Luculenter itaque patet, non omnes quidem, at multas tamen, quae chemica corticis analysi separatae sint, substantias, tali decocto inesse, et inter illas etiam materiem amaram resinosam, cui ex sententia doctissimi BINSWANGER, attribuenda est vis corticis cathartica.

Neque minoris momenti sunt argumenta, quibus corticis Rhamni frangulae cum radicis Rhei analogia tam chemica quam therapeutica nititur; unde nonnulli medici (2) illum tanquam vicarium radici Rhei substituunt.

(1) BUCHN. Rep. III Reih. Bd. IV, p. 664.

(2) SCHMIDTS, Jahrb. f. ges. Med. 1844. 41e Bd. p. 162.

De convenientia principiorum Rhamni frangulae (a nonnullis (1) Rhabarbarum plebejorum dictae) cum iis, quae chemica ratione a doctissimis SCHLOSSBERGER et DÖPPING (2) e radice Rhei separata sunt, haec mihi notanda videntur (3).

Comparatis omnibus, quae a doctissimo BINSWANGER de cortice Rhamni frangulae monentur, cum iis, quae a doctissimis SCHLOSSBERGER et DÖPPING de radice Rhei dicta sunt, quod attinet ad compositionem utriusque remedii chemicam, convenientiam animadvertimus manifestam eamque administratione therapeutica comprobata.

Omnia, quae cum Rheo instituta sunt, experimenta nil docuerunt de vera natura principii ejusdem amari, cui sine ullo dubio vis ipsius therapeutica maximam partem tribui debet. Sunt qui putent, ut

---

SCHMIDTS Jahrb. f. ges. Med. 1850, Bd. 67. p. 175.

Prager Vierteljahrschr. 1844, 1e Jhrg. p. 19.

„ „ 1851, 8e Jhrg. Bd. 3.

CANSTATTS Jahrb, 1851, 10e Jhrg, p. 43—45 en p. 208—210.

DODONAEUS Kruidtboeck etc. Leyd. 1618, 6e dl. p. 1228, bijv.

X. SCHÖMANN, Lehrb. d. Arzneimittell. 1853, p. 529.

P. J. HAAXMAN, Tijdschr. v. wetens. pharm. 1852, 4 jaarg. p. 105.

Journal. d. méd. chir. et pharm. Bruxelles 1845, 3e ann. p. 495.

ALI COHEN, pract. tijdschr. v. gen. 1852, 4e jrg. p. 213.

DITTERICH, neue med. chir. Zeit. 1851, p. 1.

Rückblicke auf d. Fortschr. d. Med. von Berlin: Aertze 1851, 2e Halbj. p. 373.

(1) SCHMIDTS Jahrb. Jhrg, 1844. Bd. 41. p. 162. sq.

(2) Annal. der Chem. u. Pharm. p. 196.

BUCHNERS Rep. für Pharm. II, Reih. Bd. XXXVI, p. 199.

(3) „ „ „ „ III Reih. 4e Bd. p. 172 sq.

Rhamni frangulae, sic etiam radicis Rhei vim medicatam sitam esse non in uno, sed in pluribus principiis constituentibus; ceterum pro principiis ejusmodi nonnullas habitas esse substantias, quae potius tanquam producta analyseos chemicae considerari deberent. Principium tandem maxime activum, tam in radice Rhei quam in cortice Rhamni frangulae habent materiem amaram resinosam, quae nullo adhuc modo pura separari potuit, quam tamen multa experimenta chemica docuerunt non esse *alcaloïdeum*, sed substantiam compositam resinosam, nitrogenii expertem, acidi naturam prae se ferentem, unde aetheris ope rhamno-xanthinum detrahi possit.

A doctissimis SCHLOSSBERGER et DÖPPING extractum alcoholicum Rhei, digestionem frigidam aquosam, in duas separatam fuit partes, quarum altera in aqua solubilis erat, altera non solubilis. Residuum resinosum hujus extracti, digestionem aetheream, iterum in duas divisum est partes, quarum rursus altera in aethere solubilis erat, altera non item. E solutione aetherea primum deposita fuit materies colorans flava, crystallisabilis, (acido chrysophano haud dissimilis), quum in lixivio remanente aethereo species resinae amorphae flavae, erythroretinum dicta, remaneret, quae solutione alcalina colore tingebatur pulcherrime purpureo.

Eventu supra dicto convenienter, solutio corticis Rhamni frangulae sese habebat, quippe qua etiam continebatur materies colorans flava, crystallina, acido chrysophano similis, quae alcalinorum additione colo-

rem accipiebat purpureum. Ex utraque planta perfecta materies colorans flava, in solutione alcalina purpureo colore soluta, acidorum ope cum colore flavo praecipitatur. Ea vero, quae in ramorum Rhamni frangulae cortice, et quidem multo minori copia, invenitur atque a doctissimo BUCHNER rhamno-xanthinum appellata est, alio nomine differre videtur ab acido chrysophano (1).

De rhamno-xanthini proprietatibus chemicis, imprimis a doctissimo BUCHNER Jn<sup>re</sup>. indagatis, et in variis operibus (2) commemoratis, nil amplius refero nisi quod vel in temperaturâ normali avolat, qua de causa charta alba, ad conservationem (imprimis corticis radicis) adhibita, post aliquod temporis spatium colore flavo tingitur, atque interior corticis superficies multis crystallis parvis rhamno-xanthini obtegitur.

Hujus rhamno-xanthini solutio aetherea etiam resinam continet amorpham flavam, alcalibus purpureo colore tinctam, et erythretini radicis Rhei analogam, cujus tamen compositio elementaris cum compositioe erythretini haud comparari potuit, quia resina ista, omni certe rhamno-xanthino atque pinguedine libera, parari non poterat.

Ea extracti alcoholici pars, quae post digestionem aquosam remansit, atque aethere non solvebatur, secun-

---

(1) BUCHN. Rep. III Reih. IV Bd. p. 178.

(2) P. J. HAAXMAN, Tijdschr. voor wet. Pharm. 4e Jrg. 1852, p. 105. en 5e Jrg. 1853, p. 319-

Weekblad voor apothekers, 1853, No. 36.

CANSTATTS Jahrb. 1850, 10e Jhrg. p. 43—45.

dum doctissimum SCHLOSSBERGER et DÖPPING, cum substantiam quandam continebat ulminosam, aporetinum, tum alteram resinosa, solubilem, rubro-fuscam, phaeoretinum dictam.

Experimenta doctissimi BINSWANGER in cortice Rhamni frangulae instituta docuerunt, talem etiam substantiam ulminosam atque resinosa ex extracto Rhamni alcoholico parari posse. Sic etiam eadem datur convenientia inter eam extracti Rhei alcoholici partem, quae aqua solvebatur (et quae saturatione sulphatis magnesia phaeoretinum, erythroretinum et acidum chrysophanum praebebat) et congruam extracti Rhamni frangulae alcoholici solutionem. Utroque in extracto, dein ratione habita utriusque analyseos chemicae, tanninum (pro parte in acidum gallarum commutatum), et saccharum adest. — Alia autem insuper in cortice Rhamni frangulae datur materies tannina peculiaris, quae solutione ferrosa non coeruleo, verum ex fusco viridi colore tingitur, et a doctissimo GERBER non detecta fuit.

## CAPUT SECUNDUM.

### DE USU CORTICIS RHAMNI FRANGULAE ANNOTATIO HISTORICA.



In libris Hippocraticorum, id est, in iis, qui HIPPOCRATIS coi, magni medicinae parentis, nomine feruntur, licet alios habeant auctores, Rhamnus commemoratur, cujus folia cruda, id est, non cocta refrigerandi causa in inflammationibus adhibebantur (1), succus vero, verosimiliter baccarum, in uterum ex partu inflammatum injiciebatur (2). Num Rhamni species revera fuerit, an secus, deficiente omni ipsius descriptione, dijudicari nequit, quemadmodum recte animadvertit DIERBACHIVS (3). SPRENGELIO Zizyphus vulgaris habetur (4).

---

(1) HIPPOCRATES, de affect. Lipsiae 1826, II 410, edit. Foes. I, 525.

(2) HIPPOCRATES, de nat. muliebri II 551. edit Lips.

(3) DIERBACH, die Arzneimittel des Hippocrates, p. 93.

(4) C. SPRENGEL, Hist. rei herb. I. 38.

THEOPHRASTUS, omnium antiquitatis botanicorum et primus et princeps, qui quarto et tertio ante Christum natum vixit seculo, in Historia sua plantarum (1) duas commemoravit Rhamni species, alteram *nigram*, alteram *candidam*, utramque spinosam, quae descriptio igitur Rhamno nostrae frangulae inermi non convenit.

DIOSCORIDES, qui primo post Christum natum seculo vixit, in opere suo «Περὶ ὕλης ἰατρικῆς (2)» mentionem fecit trium Rhamni specierum, quarum nulla tamen nostram indicat Rhamnum frangulam. Rhamni foliorum administratio externa utilis ab illo dicitur in erysipelate et herpete. Praeterea, pro superstitione illius temporis, ramos fenestris aut januis admoveri refert ad depellenda veneficorum maleficia.

PLINIUS (3), DIOSCORIDIS verosimiliter aequalis, duas item memorat species, alteram *candidiorem* et *fruticosiorem*, alteram *silvestrem*, *nigriorem* et *quadantenus rubentem*, sed nullos indicat characteres botanicos. *Candidiori* dictae adstringentem atque refrigerantem vim tribuebat, eamque abscessibus (collectionibus, ut ait) et vulneribus accommodatiorem dicit.

GALENUS, qui secundo aerae nostrae seculo vixit, Rhamni vim desiccantem et discutientem dicit, ideoque herpes sanare et erysipelata tenera ejus folia.

---

(1) THEOPHRASTUS, Hist. plant. libr. 3, cap. 18, ed. Schneid. t. I. p. 113.

(2) DIOSCORIDES de mat. med. I cap. 119, p. 114 seq. ed. Lips 1829.

(3) PLINIUS, Hist. nat. libr. XXIV, cap. 76.



Atque haec quidem de Rhamni generis apud veteres cognitione pro instituto nostro sufficiunt. Non est quod referamus ea, quae apud alios auctores sive Graecos sive Romanos sive denique Arabes, qui ante seculum XVI vixerunt, circa Rhamnum ejusque vires et usum inveniuntur. Ab una parte namque multi GALENUM descripserunt, ab altera Rhamni frangulae mentionem non faciunt. Itaque transeundum est ad ea, quae propius ad argumentum nostrum accedunt.

PETRUS ANDREAS MATTHIOLUS (1), anno 1500 natus, Ferdinandi Archiducis medicus privatus, primus descriptionem quandam accuratiorem tam botanicam quam pharmacologicam Rhamni frangulae dedit. Hic distinguebat inter corticem Rhamni frangulae *externum adstringentem* et *internum resolventem*, itemque de vi corticis recentis emetica loquitur: *«extimo cortici, inquit, facultas est adstringens, intimo autem exsolvens»* porro: *«siquidem viridis nullus debet esse usus, quod vomitiones moveat.»* MATTHIOLO jam, quod attinet ad vim medicatam, Rhamni cortex radici Rhei aequalis erat. Vim ejus salutarem his verbis describit: *«Idem bilem et pituitam expurgat, quin etiam hydropicorum aquas ducit..... Solvit album sine ullo incommodo, belle jecur expurgans ac roborans, adeo ut quidam, qui scirrhuso jecoris ac lienis affectu laborant, hoc medicamento curati sint. Aperit enim omnium viscerum obstructions, et vasa*

---

(1) Comment. in libr. VI Dioscoridis (ed. Casp. Bauhin) 1598, libr. IV, cap. 168, p. 875.

*omnia a crassorum excrementorum infarctu expedit.*" Addendum est, forma decocti a MATTHIOLO corticem nostrum administratum fuisse.

Revera inde a MATTHIOLO demum plantae nostrae repetenda est historia. Ille quoque primus nomine *frangulae* eandem insignivisse videtur: "*Frangula igitur ita vocata, inquit, quod facile frangatur.*"

EUCHARIUS (1), MATTHIOLI aequalis, natione Germanicus, investigationum MATTHIOLI ignarus fuisse videtur. Nam plantae nomen Germanicum "*Faulbaum*" ab illo originem habet: "*um seines stinkenden und faulen Geschmacks Willen.*" Cui convenienter Latine dixit eam: *arborem foetidam*; nomine enim latino secundum EUCHARII opinionem eo usque carebat.

Cortici interiori vim attribuit limitatam: in scorbutica tantum oris affectione hoc modo administrari eum docet: "*die mittel gelbe Rinde dieses Baums mit Essig gesotten, heylet die Faule des Zünfleyschs, und Schmerzen der Zün im Mundt gehalten.*"

Quamquam a MATTHIOLO valde commendata fuerit Rhamnus, tamen REMBERTUS DODONAEUS, anno 1518 natus, multum de ejus laude detraxit, quum de vi corticis medicata atque administratione haec dicat: (2)

*Aert, cracht ende werckinghe.*

"Als de binnenste geele schorsse van dit sporckenhout in water ghesoden ofte geweyct is, dan wort

---

(1) Kräuterbuch Erkf. a. M. 1569, IV Th. c. 59. p. 110.

(2) REMB. DODONAEUS Cruytboeck ofte Herbarius, Leyd. by Ravelingen 1618. 6e Dl. p. 1228.

dat water van sommige lantlieden veel geacht ende gebruyct, om heur den buyck weeck ende suyver te maecken. Want het jaeght alle dicke slymerige ende oock de gallachtige onsuyverheden wtten lyve: ende dat selve doetet niet alleen van onderen door de darmen, maar somtyts oock van bovenen door het braecken, met een groote beroertenisse ende omkeeringhe van de mage. Daarom is dit eer een dinck om gebruyct oft ingenomen te worden, van de grove en herdbarige menschen als lantlieden, en die veel arbeys doen, ende met grove herde spyse gevoedt worden, dan om de weecke en steedsche menschen die geenen swaeren arbeyt en doen oft meest ledich gaen, integeven. Dan sommige willen versekeren dat dese schorsse gedroocht zynde, sachtelycker werckt, en den lyve min moeyelyck ende lastich valt, seggende: dat sy noch versch en niet gedroocht zynde, eenige overvloedige vochticheyt in heur heeft, dewelcke crimpingen ende crevelingen in den lyve veroorsaect, ende de mage tot braecken verwect, oft dezelve seer sterckelyck omkeert ende ontstelt.

Dezelve schorsse in wyn oft azyn gesoden suyvert de vuyle tanden, ende versoet den tantsweer, als men den mond daarmede spoelt; ende is sonderlingen nut om de crauwagie en allerhande schorftheyt en onsuyverheydt van de huyt te droogen ende wech te nemen.

Bijvoegsel.

*Noch van de krachten.* Niettegenstaende alle de redenen die DODONAEUS alhier bybrengt, seggende: dat men de binnenste geele schorsse van sporckenhout, niet en behoort integeven, dan alleenlijk de sterke en hertbarige menschen, soo vindt men nogthans dat deselve schorsse hedensdaechs heel Saxonlandt door, voer Rhabarber gebruyct wordt, in al 'tgene daer Rhabarber nut toe is: gemerct dat de Rhabarber aldaer te dier is, om de arme lieden integeven."

Sequitur MATTHIAS LOBELIUS, Flandrus, anno 1538 natus, qui nobis descriptionem reliquit Rhamnissatis accuratam (1), pro maxima parte cum descriptione DODONAEI convenientem, quod attinet ad corticis interioris vim atque actionem medicatam. Loquitur autem de vi emetica strati cujusdam vel cuticulae, ut ait, flavae, immediate epidermidi subsequentis, his verbis: "de ryskens van desen boom hebben een swerte schorsse met graeuwe vleeskens besprinckelt, onder de welcke een geel velcken oft schorsse is, die sterk doet ouergeuen, ende water door den camerganck afaeghen."

Verosimiliter LOBELIUS indicat corticem *secundum*

---

(1) Kruydtoeck oft beschr. v. allerl. ghewassen etc. Antw. by C. Plantyn 1581, Dl. II. fol. 203.

Plantarum seu Stirpium historiae MATTHIAE DE LOBEL, Insulani, Antverpiae 1576, p. 594.

*viridem*, qui immediate epidermidi subsequitur. Praeterea corticis flavi interioris („de geele middelste schorsse”) administrationem externam laudat in morbis cutaneis.

JACOBUS THEODORUS TABERNAEMONTANUS, DODONAEI aequalis, etiam de Rhamno frangula mentionem fecit (1), convenienter cum iis, quae a MATTHIOLO dicta erant. Sed insuper corticis *radicis* Rhamni frangulae administrationem commendat in febre intermittenti quotidiana.

ABRAHAMUS MUNTING, Professor Groninganus, omnia, quae de Rhamno frangula habet in descriptione sua plantarum (2), exscripsit ex DODONAEO et MATTHIOLO, dicens: „de buytenste bast dezese booms is tezamenttrekkende, daarentegens de inwendige geel geverwde openende van aart, volgens 't berigt van MATTHIOLUS.”

In Historia plantarum secundum ordinem CASPARI BAUHINI, Professoris Basiliensis, Gallice conscripta (3), haec dicuntur: „son écorce est laxative et adstringente, en sorte qu'elle lâche le ventre et fortifie comme la Rhabarbe et purge la bile et le phlegme; c'est le jaune de l'écorce qui est laxatif, le dehors étant adstringent.”

---

(1) Neu und vollkommen Krauterbuch, Basil 1731, IIIc. 76.f.1462.

(2) ABR. MUNTING, naauwk. beschr. d. aardgew. Leijd. 1696, I Dl. 1e bk. LX hoofdst. fol. 90—91.

(3) Hist. des plantes rangée suivant l'ordre du Pinax de CASP. BAUHIN, Lyon 1716, tom II, l. XI, sect. V, p. 756.

Eodem modo ZWINGERUS in theatro suo botanico (1) locutus est; dicit autem corticem recentem: „obsich und niedsich,” corticem siccatum nonnisi „niedsich” agere.

JOHANNES WILHELMUS WEINMANNUS, pharmacopoeus Ratisbonensis, corticem Rhamni frangulae vocat: *Rhabarbarum rusticorum*, quia, ut dicit in opere suo (2): „die Bauern dieselbe zum brechen und purgiren brauchen, mit öfters gutem Erfolg.”

Sed, jam vivente WEINMANNO, Rhamni frangulae usus decrevit. Dicit enim: „es wird aber heutiges Tags Faulbaum gar selten mehr innerlich gebraucht.”

Si omnia respicimus, quae hucusque de actione medicata corticis Rhamni frangulae prolata erant, nobis patet: ab omnibus scriptoribus antiquioribus, inde a MATTHIOLO usque ad WEINMANNUM, *corticis flavo interiori siccato* actionem purgantem, resolventem, haud drasticam, *externo* autem cortici actionem magis tonicam attribui, atque administratam fuisse ab iis Rhamnum in plethora venosa abdominali, in hepatis lienisque morbosa affectione et in hydrope. Ex recentioribus scriptoribus, qui de Rhamno frangula locuti sunt, hi imprimis excitari debent.

RUDOLPHUS AUGUSTUS VOGEL, qui quum in *Materia sua medica* (3), *Corticis mediani siccati* usum,

---

(1) Editio Basil., 1696, l. I, c. 36, p. 81.

(2) Phytantoza-Iconograph. Regensb. 1737, II, 489.

(3) Hist. mat. med. in usum acad. Francof. et Lipsiae 1764, p. 294.

forma decocti in hydrope, ictero, febre intermittenti atque scabie laudet, corticis tamen *recentis* administrationem improbat, his verbis: „cortex medius flavus, saporis adstringentis et nauseosi, alvum purgat, et si recens est, ventriculum quoque subvertit.”

ALBERTUS VON HALLER (1) *cortici interiori* vim tribuit *drasticam*, dicens: „cortex medius ad flagitium usque purgat, sursum et deorsum.”

CAROLUS LINNAEUS haud omittendus est. Nam hic, in *Amoenitatibus suis academicis* (2), primus indicavit actionem hujus corticis salutarem in molimine haemorrhoidali. LINNAEI sententiae multi adstipulantur, ex. gr:

LEMEREY (3) corticem interiorem (in primis radicis) salutarem dicit in ictero atque in hydrope, in dosibus dr.  $\beta$ —dr. ij.

In pharmacopoea Wurtembergica (4), cortex hoc modo commendatur: „*cortices eliguntur arboris mediani, vel qui praestant radicem, vel flavescentes amaricantes; vehementer purgant tam per superiora quam inferiora, propinantur a dr. j ad dr. iij in infuso.* E contrario pharmacopoea Brittannica (5), ubi planta nostra *Alnus nigra* vocatur, corticis administratio-

---

(1) Hist. Stirp. indigen. Helv. Bern. 1768, I. 365—366.

(2) Edit. 2, cur. SCHREBERO, vol. VII, p. 299.

(3) NIC. LEMEREY, woordenb. v. droogerijen, Rott. 1743, p. 291.

(4) Ph. Wurtemb. Stuttg. 1760, 3 ed. p. I, Mat. med. exhib. Cl. II, cap. VII, p. 100.

(5) Nieuwe Britsche apoth. 3e ed. Amst. 1772, I st. II Dl. p. 79.

nem prorsus rejicit, nam ibi legimus, jure illum a medicis reprobari, quia torminibus atque nauseae ansam dat.

In plantarum medicinalium effigie tamen, quae postea ab. J. C. SEPP et FIL<sup>o</sup> (1) edita est, non solum inter medicamenta receptum videmus Rhamni corticem, sed administratio quoque corticis interioris iterum laudatur.

Rursus LINNAEI aequales atque successores et omnes, qui exeunte seculo superiori vixerunt, inter quos imprimis ALB. V. HALLER (2), MURRAY (3), DUHAMEL (4) et alii Rhamni frangulae, utpote remedii *drastici*, administrationem minus commendant, atque non nisi raro eum a rusticis adhiberi dicunt.

Hisce omnibus perpensis luculenter patet, de corticis Rhamni frangulae laudibus eo tempore nequam inter omnes constitisse, sed dubia mansisse de vi ejus salutari.

Initio seculi XIX corticis Rhamni frangulae administratio magis magisque neglecta est. Multi quippe pharmacologi (5) eundem pro remedio *drastico for-*

---

(1) J. C. SEPP en ZN. Afb. der Artsgew. Amst. 1796, Dl. III, p. 57, pl. 256.

(2) A. V. HALLER, Hist. stirp. indig. Helvet. Bern 1768.

(3) MURRAY, Apparatus medicamentor. 1787, IV, 5.

(4) DUHAMEL, Traité des arbres et arbustes que l'on cultive en France, Paris 1806, III, 44.

(5) S. BARBIER, Traité élément. de matière méd. Par. 1824.

VOGT, Pharmacodynamik, Giessen 1828.

GOTTFR. HAGEN, Lehrb. der Apoth. kunst, 1797, p. 231.



*tissimo* habent, cujus administratio non amplius laudanda est. Prorsus mox in oblivionem abiit, et vel in praecipuis de materia medica operibus ejus mentio negligitur.

Quare HAYNE (1), de Rhamno locutus, haec ait: *„so wird denn manches Mittel wieder hervorgesucht, was oft lange in Vergessenheit gewesen ist.“*

Sic etiam GERBER (2) affirmat, jam dudum ejus usum periisse, quum nuper denuo a nonnullis pro medicamento in haemorrhoidibus salutari celebraretur.

Doctissimus vero GUMPRECHT (3), Hamburgensis, anno 1843 primus Rhamni frangulae vim salutarem oblivioni eripuit, et ejusdem inprimis experimentis factum est, ut recentiores (4) de materia medica scriptores hujus plantae mentionem instaurarent.

Non solum doctissimus GUMPRECHT, sed etiam doc-

---

(1) HAYNE, getreue Darstell. und Beschreib. in der Arzneik. gebräuchl. Gewächse, Berlin 1817, p. 44.

(2) ZIE BUCHN. Repert. f. Pharm. III Reih. III Bd. Nürnberg 1849, p. 344.

(3) HOLSCHER's, Annal. für gesamt. Heilk. 1843, neue Folge, III Jhr. 2 Hft. p. 105.

Prager Vierteljahrschr. 1851. Jhrg. 8, Bd. 3.

CANSTATTS Jahresber. 1850, 10e Jhrg. p. 208—210.

Dr. G. L. DITTERICH, neue med. chir. Zeit. München 1851, p. 1.

(4) OESTERLEN, Handb. der Heilmittellehre, Tubing. 1847, A2te ufl. p. 762.

MITSCHERLICH, Lehrb. der Arzneimittellehre, Berlin 1846, Dl. II, p. 540.

ASCHENBRENNER, die neuen Arzneimittell. etc. München 1848.

STRUMPF, systemat. Arzneimittellehre, Berlin 1848, I.

tissimi HELMBRECHT, BROCKMAN et vir clarissimus MARKUS, inprimis autem doctissimus BINSWANGER, nuperrime inquisiverunt in corticis Rhamni frangulae vim medicatam. Doctissimus BINSWANGER in dissertatione sua, praemio ornata (1), seriem experimentorum, a se institutorum communicavit, unde corticis actio paulo majorem iterum celebritatem nacta est.

Serius etiam in diariis multa prolata sunt de Rhamno frangula, sed, quod sciam, non nova. Fere omnia referenda sunt ad inquisitiones, a doctissimis GUMPRECHT (2), HELMBRECHT (3), BROCKMAN (4), BINSWANGER (5) et a viro Clarissimo MARKUS (6) institutas. Nam ea fere cum lectoribus communicant quae ab illis reperta sunt.

Pauca tantum experimenta, ab aliis (7) instituta,

---

(1) M. BINSWANGER, Pharmac. Stud. über Rh. fr. gekröntes Preisschr. 1850, Munchen bei WOLFF.

(2) SCHMIDTS, Jahrb. f. ges. Med. Jhrg. 1844, Bd. 41, p. 162. Jhrg. 1850, Bd. 67, p. 175.

CASPERS Wochenschr. Jhrg. 1850, 15, 16.

CANSTATTS Jahrb. f. Pharm. 1851, 10e Jhrg. p. 208, sq.

(3) SCHMIDTS Jhrg. Jhrg. 1845, Bd. 46, p. 288, sq.

CASP. Wochenschr. 1845, No. 4, p. 63—71.

(4) CANSTATTS Jhrg. f. Pharm. 1851, 10e Jhrg. p. 208, sq.

(5) SCHMIDTS Jhrg. Jhrg. 1850, Bd. 68, p. 30.

Prager Vierteljahrschr. 1851, Bd. 2, p. 10.

CANSTATTS Jahrber. f. Pharm. 1851, 10te Jhrg. p. 43 und p. 208.

(6) SCHMIDTS Jhrg. Jhrg. 1850, Bd. 67, p. 175, sq.

Wurtemb. med. Korresp. 1850, No. 19.

Prager Vierteljahrschr. 1851, 8te Jhrg. Bd. 3.

(7) DITTERICH, neue Med. Chir. Zeit. 1851, p. 1.

relata legimus, ut praesertim a doctissimis DITTE-  
RICH, LATOI et KERSTEN.

Ipsas quidem, quibus viri docti hi usi sunt explo-  
randi rationes, prae rei amplitudine persequi non atti-  
net, at praecipuos eorundem investigationum eventus  
breviter adumbrare necessarium duco.

Doctissimus GUMPRECHT (1) cortice Rhamni fran-  
gulae usus est:

1) In plethora venosa abdominali, in alvi segni-  
tie habituali, ceterisque ventris affectionibus, in qui-  
bus Rheo vel Senna vulgo utuntur.

2) In congestionibus haemorrhoidalibus passivis,  
atque in haemorrhoidibus coecis, haud neglecta  
diaeta refrigerante, resolvente, vel applicatione etiam  
hirudinum ad anum. In congestione autem hae-  
morrhoidali activa reprobatur hujus corticis admini-  
strationem.

3) In haemorrhoidibus suppressis.

Referente doctissimo GUMPRECHT, imprimis in alvi  
tarditate habituali, cortex effectum praebuit salutarem,  
atque in hydrope etiam propter vim *diureticam* a  
nonnullis eum administratum esse, idem affirmat.

Quod ad vim attinet corticis physiologicam ex

---

X. SCHÖMAN, Lehrb. der Arzneimittell. 1853, p. 529.

ALI COHEN, nieuw pract. tijdschr. v. Geneesk. 1851, 3e Jrg.  
p. 695.

” ” ” ” ” ” ” ” 1852, 4e Jrg.  
p. 213.

(1) BUCHNER's Rep. III Reih. III Bd. 1849. p. 346, sq.

ejusdem sententia, ea consistit in alvi dejectione mucosa aucta, atque in secretione sanguinis haemorrhoidalis.

Doctissimus GUMPRECHT vulgo corticem nostrum conjungebat cum cortice aurantiorum et seminibus cumini, tanquam remedium tonicum roborans resolvens, forma infuso-decocti, atque eo fine uti solebat cortice Rhamni *siccato (cum epidermide) ramorum vetustiorum*, hac ratione: ℞. cort. Rh. fr.  $\frac{\text{ʒ}}{3}$  iʒ. cort. aur. dr. iij—iv (vel hb. millefolii) sem. cumini. dr. iij, Coq. inf. l. a. ad col.  $\frac{\text{ʒ}}{3}$  xxiv. S. vespere vasculum.

In alvi segnitie habituali ab illo usus hujus decocti protractus (3-6 hebdom.) praescribatur, nonnumquam addito sulphate sodae, nimirum si congestionem *activam* fieri metuebat; in haemorrhoidibus coecis una cum aqua laurocerasi (3-4 dd. gtt. xxx—lxx).

Ex sententia viri docti MENNIE (1), etiam in syphilide secundaria, rheumatismo chronico atque in exanthematibus cutaneis cortex laudandus est.

A doctissimo HELMBRECHT (2), qui etiam *cortice siccato (cum epidermide) ramorum vetustiorum* usus est, ejus administratio laudatur iisdem in morbis, qui a viro doctissimo GUMPRECHT enumerati sunt; insuper autem hb. millefolii addendam commendat in haemorrhoidibus suppressis.

---

(1) Pharmaceut. Journal, Dec. 1843, No. 31. p. 721.

(2) CASPERS Wochenschr. 1845, No. 4, p. 63—71. — Journ. de Méd. et de Chir. de Bruxelles. 1845, 3e année, p. 495.

Doctissimus BROCKMAN (1), qui vim Rhamni *diureticam* negat, multas instituit cum eodem cortice investigationes, insuper etiam cum extracto aquoso, alcoholico et tinctura, quae vero postrema inertia esse dicit. Ceterum effectus ejus conveniunt cum effectibus doctissimi BINSWANGER, de cujus experimentis nunc videndum est.

Doctissimus BINSWANGER et plura et accuratiora experimenta nobiscum communicavit, quae non solum pertinent ad corticem trunci, sed etiam ad corticem radicis, ad baccas atque fructus Rhamni frangulae, tum etiam ad partes convenientes Rhamni catharticae (2).

Equidem vero non nisi de iis loquar, quae ab illo cum cortice trunci Rhamni nostrae instituta sunt. Ex investigationibus, quae anno 1848 et 1849 in suo ipsius corpore instituit, patuit, sanguinis circulationem et diuresin, illo cortice neque incitari neque augeri.

Primum experimentum institutum est cum decocto *corticis recentis (cum epidermide)*, sc:  $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  xij, in ipso viro docto. Decocti usu protracto deinceps percepit borborygmos, nauseam, vertiginem, salivationem auctam, emesin, cephalalgiam imprimis frontalem, lassitudinem artuum atque morositatem. Quamquam identidem post emesin remanebat nausea, tamen ciborum appetitus non diminuebatur. Decocto

(1) CANSTATS Jhrb. 1851, Jhrg. 10, p. 208.

(2) BUCHNER's Repert. 1850, III Reih, Bd. IV.

assumpto toto, quater dejecit alvum pultis instar mollem, atque durante usu nullum observavit in sanguinis circulatione vel in urinae secretionem errorem.

Mox alio decocto usus est, nempe corticis *siccati* (cum epidermide)  $\mathfrak{z}$  j ad col.  $\mathfrak{z}$  xij, ramorum rursus vetustiorum. Assumptis quatuor unciiis, majorem symptomatum enumeratorum partem observavit, atque bis alvum excrevit parcam et mollem; urinae vero secretio atque sanguinis circuitus normales erant. Residuum hujus decocti, ab alio assumptum, etiam nauseam, emesin et nonnullas alvi dejectiones parcas produxit.

Alii autem investigationi, in homine robusto aetatis 25 annorum, cum decocto corticis *siccati*, (cum epidermide) ex  $\mathfrak{z}$  j ad col.  $\mathfrak{z}$  viij, institutae, nulla neque nauseae neque intestinorum irritationis symptomata insecuta sunt, sed bene multae alvi dejectiones pulti similes. Ceterum, perspectis multis experimentis, a doctissimo BINSWANGER, etiam cum *cortice interiori* institutis et in Repertorio pharmaceutico doctissimi BÜCHNER relatis, universe patet, non nauseam, sed pauca modo ventris tormina effecta esse et nullam observatam fuisse *corticis interioris* vim, sive in circuitu sanguinis sive in urinae secretionem.

Etiam cum juniorum ramorum cortice experimenta cepit vir ille doctus. Ex his autem effici posse putat, ramorum juniorum cortici vel nullam, vel parvam tantum tribuendam esse vim medicatam. Ceterum utrorumque ramorum collectio, utrum vernalis sit an autumnalis, ex ejus sententiâ nil refert. Discrepan-

tiam denique, quam nonnulli perhibent esse in actione decocti et infusi, vir doctus nullam observavit memoratu dignam; quam ob causam infusionis et decocti vires aequales esse censet.

A doctissimo BROCKMAN (1) dissidens doctissimus BINSWANGER extracti aquosi et alcoholici vim analogam dicit vi corticis decocti, atque priorem formam laudat, tanquam pilulis etiam fabricandis aptam, dummodo teneas, in extracti alcoholici administratione multo minorem dosin (ad  $\mathfrak{D}$  j p. d.) sufficere, quam in extracti aquosi administratione.

Postquam multa, tam in se ipso quam in aliis, instituit experimenta, idque variis modis tam cum cortice trunci quam cum cortice radice, tam cum bacis quam seminibus, doct. BINSWANGER, quod attinet ad actionem pharmacologicam, sequentia statuit (2):

Convenienter sententiae doctissimi GUMPRECHT, corticem Rhamni frangulae remedium dicit tonicum, resolvens atque leniter purgans, quod sanguine absorptum, etiam usu protracto, non aliorum cathartorum instar debilitat, sed, quod radice Rhei actioni analogum, imprimis mucii atque bilis secretionem incitat, id quod MATTHIOLUS jam observavit quum dicat: "*idem bilem et pituitam expurgat.*"

Praeterea, minoris pretii causa et propter saporem minus nauseosum, non minus etiam propter actionem in usu protracto minus nocentem, corticem

---

(1) CANSTATTS Jahrb. 1851, Jahrg. 10, p. 208.

(2) BUCHNER's Repert. III Reih. V Bd. p. 206—215.

Rhamni, ut radicis Rhei vicarium, laudat ejusque possessionem materiae medicae lucrum habet.

Aliter vero atque doctissimus GUMPRECHT, doctissimus BINSWANGER, sentit de corticis vi *diuretica*, quam illi non majorem quam aliis medicaminibus purgantibus inesse putat. Et jure quidem, quum multa super hac quaestione instituerit experimenta, tam in hominibus quam in animalibus, dum doctissimus GUMPRECHT non ipse in hanc rem inquisivit, sed aliorum experimentis nititur (1).

Decoctio valde protracta, quam doctissimus GUMPRECHT commendat, a doctissimo BINSWANGER improbatur, quum infusionis actio potius fortior quam debilior sit. Nihilominus decoctum infusioni praeferendum esse putat, quia infusio non raro in hominibus debilibus atque irritabilioribus nauseam inducit, decoctum vero sine ullo incommodo nauseoso saepius egregio cum effectu a talibus hominibus suntum est. Ex sententia doctissimi BINSWANGER principium istud nauseosum, decoctione vel mutatur vel evanescit. Omni in casu corticem *interiorem* eligendum esse putat, etiamsi enim, ait, demonstratum esset, cortici *externo* (secundum nonnullos mere adstringenti) non attribuendam esse vim nauseosam, sed principium hoc emeticum cortici *interiori* inesse, tamen corticis exterioris abrasio jam commodum adfert, quoniam exsiccatio eo facilius redditur. — Vim nauseosam, ab aliis etiam ramorum aetati tributam, aetati adscribendam

---

(1) BUCHNERS Repert. III Reih. III Bd. p. 346.



esse doctissimus BINSWANGER negat; juniorum autem ramorum corticem inertem dicit atque ramorum vetustiorum corticis usum, sive vere sive autumno collecti sint, in genere laudat.

Ratione habita virtutis hujus corticis therapeuticae, ejus administrationem, sententiis plurimorum scriptorum convenienter, imprimis commendat in affectionibus haemorrhoidalibus sive simplicibus sive complicatis, atque postremo in casu, praesertim quum complicentur cum alvi segnitie habituali, plethora venosa abdominali, irritatione spinali, quin etiam cum ictero.

Actionem etiam salutarem in febribus gastricis, a doctissimo SIMON aliisque observatam, haud negat, illumque tanquam purgantium salinorum atque Sennae vicarium laudandum esse existimat. Quamvis igitur cortex Rhanini frangulae inter remedia sic dicta *anti-haemorrhoidalia*, primum occupat locum atque actione sua leniter resolvente, purgante (post 6—8 horarum spatium intrante) saepius effectum praebuit egregie salutarem, etiam iis in casibus, in quibus alia remedia, eodem titulo insignita, adhibita erant, tamen de BINSWANGERI sententia, nullo modo specificum dici licet.

Corrigentium additionem (cort. Aurant., sem. Cum etc.) a pluribus laudatam, perquam inutilem dicit doctissimus BINSWANGER, quia cortex saporem ingratum non habet.

Optimam administrandi rationem, tam doctissimus GUMPRECHT quam BINSWANGER dicit *decocti* formam,

cujus praesertim eo in casu a minori incipiendum est dosi, in quo usum spectamus protractum.

Ne talis decocti vis debito magis debilitetur, assumptionem commendat per vascula, non per cochlearia. Tum dosis vulgaris, quo assumpto simul et semel, effectus producit optatus, secundum doctissimus BINSWANGER, est: Corticis dr. j—iv. Extracti aquosi dr. j—ij. Extracti alcoh.  $\varnothing$   $\beta$ —ij.

Perpensis omnibus, quae etiam a recentioribus de Rhamno frangula exploratoribus dicta sunt, nobis patet, diversas etiamnum de ea vigere sententias, cum circa actionem, tum circa partem praescribendam, circa formam, qua administrari debeat, circa aetatem ramorum eligendam.

I. Quod attinet ad actionem corticis, tria observamus, de quibus dissentiunt viri docti.

1) Doctissimi GUMPRECHT, KERSTEN (1), alii (2) vim cortici tribuunt *diureticam*, quam, nonnullis quidem hac de re silentibus, alii prorsus negant, inter quos BINSWANGER, EROCKMAN, ceteri (3).

2) Actionem corticis *cholagogam* nonnulli cum

---

(1) ALI COHEN, Nieuw pract. tijdschr. v. gen. 1852, 4e jrg. p. 213.

(2) CANSTATTS Jhrb. f. Pharm. 1851, p. 208—210.

Rückblicke der Berliner Aerzte auf d. Fortschr. d. Med. 1851, p. 373, 2te Abth.

STEPH. ENDLICHER, Enchiridion Botanic. Lips. 1841, p. 582.

X. SCHÖMANN, Lehrb. d. Arzneimittell. 1853, p. 529.

(3) CASPERS Wochenschr. 1850, 15, 16.

CANSTATTS Jhrb. f. Pharm. 10e Jhrg. p. 43-45 en p. 208-210.

doctissimo GUMPRECHT (1) adesse affirmant, alii vero hac de re dubitant (2).

3) Alii denique corticem nostrum remedium *drasticum*, alii *leniter purgans* dicunt.

II. Quod ad partem praescribendam attinet, differunt viri docti in eo, num cum epidermide administrandus sit cortex, an sine ea. Uti jam hic antea animadvertimus, doctissimus GUMPRECHT corticem laudat *integrum* (cum epidermide) siccatum, ramorum vetustiorum; alii autem eum disertis verbis improbant (3), *interiorem* vero corticem laudant, inter quos imprimis doctissimus BINSWANGER. Ceterum in CANSTATII annalibus, dictis: Jahresbericht über die Fortschritte der Pharmacie (4), perhibitum invenimus, actionem medicatam eandem esse, sive cortice toto utaris, sive epidermide orbato.

III. Diversae quoque administrandi rationes laudantur. Doctissimus DITTERICH in opere suo: Neue Med. Chir. Ztg. (5) eam optimam dicit administrandi rationem, quae infuso-decocti nomine insignitur, ad-

---

SCHMIDTS Jhrb. f. Med. 1850, Bd. 67. p. 175.

(1) CANSTATTS Jhrb. f. Pharm. 1851, p. 208—210.

G. L. DITTERICH, Neue Med. Chir. Zeit. 1852, p. 634. sub No. 5.

(2) Rückblicke auf d. Fortsch. d. Med. von Berlin. Aertze 1851, 2e Abth. p. 373.

ALI COHEN, Nieuw pract Tijdschr. v. Gen. 4de Jrg. p. 213.

(3) SCHMIDTS Jahrb. 1850, Bd. 68. p. 30.

Prager Vierteljahrschr. 1851, Bd. 2. p. 10.

(4) Jhrg. 10, 1851, p. 208—210.

(5) 1852, p. 634, sub. No. 4 en 1852, p. 614, sub. No. 1, SCHMIDTS Jhrb. 1851, Bd. 67, p. 175.

ditis variis corrigentibus. Alii autem infusionem praeferunt. Doctissimus BINSWANGER infusioni majorem tribuit vim quam decoctioni; alii infusionem dicunt inertem (1), eam prorsus improbant et decoctionem sino ulla additione commendant (2).

IV. Dissentiunt porro de *ramorum aetate* eligenda. Plurimi *ramorum vetustiorum* corticis usum laudant, *juniorum* improbant. Doctissimus BINSWANGER juniorum *ramorum* corticem inertem dicit. Alii (3) memores dicti poëtae celeberrimi (4): "*medio tutissimus ibis*" corticem commendant *ramorum modice crassorum*.

Jure igitur supra dixi, opinionum de Rhamno frangula diversitatem, quae ab antiquo inde tempore fuit, neque hodie evanuisse.

---

(1) SCHMIDTS Jhrb. 1850, Bd. 67, p. 175, sq.

(2) SCHMIDTS Jhrb. 1851, Bd. 70, p. 163.

Prag. Vierteljhrchr. 1851, Bd. 3, Jhrg. 8.

(3) A. WIGGERS, Grundrisz der Pharmacogn. Gott. 1847, p. 378.

(4) P. OVID. NAS. Metamorph. Libr. II. 137.

## CAPUT TERTIUM.

### EXPERIMENTA IN NOSOCOMIO RHENO-TRAJECTINO NUPER INSTITUTA.

---

Prae temporis angustia, investigationis campum hîc quidem tam late patentem undique percurrere mihi non licuit, pluresque adeo opinionum diversitates intactas relinquere coactus sum.

Variis autem experimentis tam in me ipso atque aliis bene valentibus, quam in aegrotantibus institutis, indagare mihi proposui:

- 1°. Num vis et actio corticis ramorum vetustiorum differat a vi et actione corticis ramorum juniorum;
- 2°. Num vis et actio corticis recentis differat a vi et actione corticis siccati;
- 3°. Num vis et actio corticis totius differat a vi et actione singulorum ipsius stratorum, scilicet externi purpurei, secundi viridis, interni flavi.

Itaque deinceps exploravi :

Rhamni frangulae ramorum vetustiorum	Corticem integrum cum epidermide	}	Recentem.
	Corticem externum (purpureum)		
	Corticem secundum (viridem)		
	Corticem internum (flavum)		
Rhamni frangulae ramorum juniorum	Corticem integrum cum epidermide	}	Siccatum.
	Corticem externum (purpureum)		
	Corticem secundum (viridem)		
	Corticem internum (flavum)		

Notandum est, pro junioribus eos me habuisse ramos, qui diametrum haberent unius vel unius et dimidii centimetri.

Quamquam difficillimum erat corticem exteriorem purpureum et imprimis corticem secundum viridem puros separare, tamen assidua exercitatione utrumque mihi contigit et multo cum labore sufficientem utriusque corticis copiam nactus sum, de ramis recentibus tam vetustioribus quam junioribus, partim Noviomago ad me datis, partim a me ipso in Ultrajecti vicinia repertis, quibus ex proposito experimenta instituere potui in Nosocomio academico Rheno-trajectino.

CORTEX RAMORUM VETUSTIORUM EXTERNUS RECENS.

1. ANTONIUS ARST, 55 annos natus, temperamenti melancholici, Clinicum Medicum adiit propter plethoram venosam abdominalem. De alvi segnitie questus die 1<sup>mo</sup> mensis Martii, decoctum assumpsit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam totam assumserat potionem, nulli fere observabantur effectus memorabiles nisi urinae color paulo profundior. Ceterum omnia normalia erant. Alvus more solito tardissima mansit.

2. C. DE J... med. stud., 22 annos natus, temperamenti phlegmatici, constitutionis sanae, experimenti caussa 14<sup>to</sup> die mensis Martii, decocto usus est cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2, quo nulla fere producebantur phaenomena, nisi tormina ventris pauca, vix notanda. Ceterum nil peculiare observavit.

3. ALBERTUS VAN DOORN, 25 annos natus, temperamenti melancholici, jam per aliquod tempus in Nosocomio Academico moratus, ob spasmos clonicos artuum superiorum atque dyslaliam, propter alvum tardam die 1<sup>mo</sup> mensis Aprilis, decoctum sumsit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2, cujus usui bis insecuta est alvi tenacissimae dejectio. Insuper cephalalgia frontali, nausea atque vomituritione fere perpetuis vexatus est. Urina profundioris erat coloris, sed copia non aucta.

---

4. HENRICUS GOEDHART, 49 annos natus, constitutionis plethoricae, congestionem cerebralem correptus, die 31<sup>mo</sup> mensis Martii, decocto usus est cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Quinquies alvus insecuta est tenuissima, post unamquamque dosin nausea, multa insuper tormina eaque vehementia. Urina flava erat ejusque secretio aucta videbatur. Ceterum nulli observabantur effectus peculiare, nisi lingua post usum hujus decocti in apice ruberrima, verosimiliter ex irritatione primarum viarum repetenda.

---

5. JOHANNES LINNEBANK, 38 annos natus, constitutionis robustae, keratitidem atque conjunctivitidem exanthematicam passus in Clinico Ophthalmiatrico de alvi segnitie questus, decoctum accepit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam ter de eo usus fuerat, borborygmus sentivit frequentes. Protracto autem ordine proposito



usu, sequenti die per vices nauseâ vexabatur, vomitu vero non insecuto. Quinques insuper alvum dejecit, in initio tenacem, postea tenuiorem, tenesmis dolorificis stipatam. Subinde etiam caloris sensationem fere urentem in abdomine percipiebat. Urina non colorata fuit ejusque secretio normalis.

---

6. HENRICUS KOOPMAN, 27 annos natus constitutionis sanæ, plethoricae, famulus in Nosocomio, die 17<sup>mo</sup> mensis Aprilis experimenti causa decoctum sumpsit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) Sc. o. bih. c. 2. Postquam, ordine proposito, totum exhauserat decoctum, nulla observata sunt symptomata subjectiva. Nullum illi potio attulit incommodum, nisi alvi dejectionem septies subsecutam materiei tenuissimæ. Urina paululum erat colorata, ipsius vero secretio non aucta fuit.

---

7. HENRICUS HENGIN, 20 annos natus, temperamenti phlegmatici, taenia vexatus, per aliquod tempus jam in Nosocomio moratus erat, ut ab eo liberaretur incommodo, quo sine medicatio nova anthelmintica, cum floribus Brayeræ anthelminticæ, instituta fuit. Quum autem post usum quatuor unciarum olei Ricini fere nullam dejecisset alvum, die 30<sup>mo</sup> mensis Aprilis decocto usus est cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Exceptis urinae secretionem valde aucta, borborygmisque paucis, nullum hujus potionis observavit effectum, neque subjectivum, neque objectivum.

---

8. JUSTUS GIEL, 22 annos natus, constitutionis plethoricae, jam per longum tempus pedarthrocacia dextra affectus, atque in Nosocomium receptus Academicum, die, 30<sup>mo</sup> mensis Aprilis experimenti caussa decoctum assumsit cort. Rh. fr. externi recentis (℞ j ad col. ℞ viij) sc. o. bih. c. 2. Si tormina quaedam leviora excipias, nullum haec potio praebuit effectum. Neque scilicet in alvo, neque in urina aliqua observabatur mutatio.

---

9. SARA DE JONG, 26 annos nata, temperamenti cholericici, famula in nosocomio, jam per tres dies alvum adstrictam habens, die 30<sup>mo</sup> mensis Aprilis, decocto usa est cort. Rh. fr. externi recentis (℞ j ad col. ℞ viij) sc. o. bih. c. 2. Jam quatuor primorum cochlearium post usum male sese habebat, et singulas post assumptiones sequentes nausea afficiebatur. Insuper congestionem ad caput, atque per totam reliquam corporis superficiem frigore horripilationibusque correpta, postquam dimidiâ potionis parte usa fuerat, a residuo abstinuit. Nullam cephalalgiam vel aurium tinnitum percepit, sed multis atque vehementissimis torminibus praegressis, quater alvum dejecit satis tenacem. In secretionem urinae nulla obtinuit mutatio.

---

10. A. F. V..... med. stud. temperamenti phlegmatici, constitutionis sanæ, 23 annos natus, die 2<sup>do</sup> mensis Maji experimenti caussa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. externi recentis (℞ j ad col. ℞ viij) sc. o. bih. c. 2. Quamquam totam exhausserat potionem,

nullum observavit effectum, neque subjectivum, neque objectivum, huic decocto attribuendum.

CORTEX RAMORUM JUNIORUM EXTERNUS RECENS.

1. HENRICUS HEIWEGEN 27 annos natus, constitutionis plethoricae, morbum oculorum majoris momenti passus, atque in Clinicum Ophthalmiatricum receptus, die 11<sup>mo</sup> mensis Martii alvi adstrictae causa decocto usus est cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij). sc. o. bih. c. 2. Nulla post decocti usum ab aegro observata sunt symptomata subjectiva. Semel modo alvum dejecit tenuissimam parcam. Urina fusci erat coloris, atque, quod attinet ad copiam, aucta videbatur. Ceterum nullos remedium praebuit effectus.

2. JOHANNA DE HY 31 annos nata, constitutionis plethoricae, quae Poly Clinicum Medicum adierat ob hysteriam atque amenorrhoeam die 10<sup>mo</sup> mensis Martii experimenti causa decoctum adhibuit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij). sc. o. bih. c. 2. Cujus usum bis modo insecuta est alvus tenax, multis autem torminibus praenunciata. Ceterum nulla observata sunt peculiaria. Idem mansit urinae color, neque majori copia secreta est.

Die 13<sup>to</sup> ejusdem mensis denuo datum est simile decoctum, quod nullum fere praebuit effectum, nisi nauseam leviolem, ultimorum cochlearium usum in-

secutam. Alvus non elicitata fuit. Urina neque praeter modum colorata neque aucta.

---

3. C. DE J... med. stud. (vide supra) die 9<sup>no</sup> mensis Martii, experimenti causa decoctum assumsit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nullum aliud, post decocti usum, observavit effectum, nisi caloris sensationem in abdomine atque dejectionem alvi, primum normalem, dein pultis instar mollem, semel intransentem, tenesmis paucis vix notandis stipatam. Urina non mutata fuit.

---

4. ANTONIUS ARST (vide supra) alvo stricta laborans, die 13<sup>io</sup> mensis Martii, decoctum assumsit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nullum, huic potioni tribuendum, observavit effectum, nec ratione habita alvi, neque urinae.

---

5. JOHANNES LINNEBANK, (vide supra) alvum tardam accusans, 11<sup>mo</sup> die mensis Aprilis decoctum assumsit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Siquidem urinam excipias, colore flavo abnormi tinctam, nullum ei decocto attribuendum observavit effectum.

---

6. HENRICUS KOOPMAN, (vide supra) experimenti causa die 11<sup>mo</sup> mensis Aprilis decocto usus est cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nullum autem hoc remedium praebuit

effectum, nisi colorem urinae subflavum, qualis esse non solebat.

---

7. G. A. A..... med. stud. temperamentum cholericum-nervosum, constitutionis plethoricae, 28 annos natus, alvum natura tardam habens, experimenti causa die 13<sup>to</sup> mensis Aprilis usus est decocto cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Incepit brevi post coenam atque secundum ordinem propositum continuavit, ita quidem, ut ante noctem assumptae essent unciae octo. Primum borborygmis multis, torminibusque paucis vix notandis corripiebatur, dein autem per intervalla questus est de dolore in ventriculo. Ceterum nullos ante noctem observavit effectus. Alvus, quam more solito, vespertino tempore dejecit, spissitudinis erat normalis. Postridie ante meridiem reliquam exhausit potionem, neque vero ulla observavit symptomata notabilia, nisi tormina pauca leviora, borborygmis multis et flatuum evolutione comitata. In alvi dejectione haec tantum obtinuit mutatio, ut esset minus dura utque dejectiones singulae, tam matutina quam vespertina, tenesmis leviter dolorificis stiparentur. Quod attinet ad urinae secretionem atque colorem, nullam observavit mutationem.

---

8. SARA DE JONG (vide supra) alvo tarda gravis, die 17<sup>mo</sup> mensis Aprilis decoctum assumpsit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Singulis haustibus nauseabunda fiebat,

cephalalgia corripiebatur frontali vehementissima, atque caloris sensationem in abdomine habebat peculiarem. Bis alvum dejecit valde tenacem, nonnullis torminibus levioribus comitatam. Urinae profunde coloratae secretio aucta erat.

---

9. ALBERTUS VAN DOORN (vide supra) die 17<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nonnumquam levi nausea affectus, semel alvum dejecit valde tenacem. Ceterum nil observavit peculiare, potionis actioni attribuendum.

---

10. MARIA DE GROOT 24 annos nata, constitutionis plethoricae, jam per aliquod tempus, propter ulcerationem pedis sinistri chronicam, in Nosocomio degens Academico, die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decocto usa fuit cort. Rh. fr. externi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Post singulas doses male sese habebat atque nauseabunda erat; vomitus tamen non insecutus est. Insuper cephalalgia frontali vehementissima, aurium tinnitu, borborygmis frequentibus atque caloris sensatione in abdomine correpta fuit. Ter alvum excrevit tenacem, paulo minoris, quam solebat, spissitudinis. Urina profundioris erat coloris ejusque quantitas aucta.

CORTEX RAMORUM VETUSTIORUM EXTERNUS SICCATUS.

1. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra), die 31<sup>mo</sup>

mensis Martii, alvi adstrictae caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Jam cito postquam primam assumerat dosin, de cephalalgia querebatur frontali, sequentem etiam diem persistente atque sensu caloris peculiari in abdomine comitata. Singulas, etiam priores doses, mox nausea secuta est, post vomitum semel intransentem, continuo evanescens. Levia modo percipiebantur tormina ventris, inprimis sub excretionem alvi solidae, bis subsecutae. Urina profundius erat colorata, ejusque quantitas manifeste aucta.

---

2. C. DE J. .. med. stud. (vide supra) die 31<sup>mo</sup> mensis Martii, experimenti caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. 1<sup>mo</sup> atque 2<sup>do</sup> Aprilis die, ter alvum dejecit tenuissimam, quam 3<sup>to</sup>. die alvus secuta fuit magis pulti similis, solita autem liquidior. Urina vix erat colorata, ejusque copia non aucta. Ceterum nil peculiare in juvene illo observatum est

---

3. G. A. A..... med. stud. (vide supra) die 30<sup>mo</sup> mensis Aprilis inde ab hora III pomeridiana, experimenti caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Eo quidem die praeter vertiginem per vices redeuntem, nullum observavit effectum. Postridie vero, jam hora 5<sup>ta</sup> matutina, tenesmis valde dolorificis evigilatus. alvum reddidit pultis instar mollem, hora 8<sup>va</sup> tenuissimam. Ceterum nihil observavit, nisi tormina

per vices redeuntia atque borborygmos flatuum evolutionem provocantes. Urina non colorata, ejus secretio vero valde aucta fuit.

---

4. MARIA DE GROOT (vide supra) die 29<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Priorum maxime cochlearium usui nausea insequabatur levior, reliquam vero potionis partem, sine ullo nauseae vestigio exhaustit. Levioribus nonnullis torminibus atque cephalalgia frontali mitiori correpta, ter alvum reddidit tenacem. Urinae secretio paululum aucta, urina ipsa non colorata fuit. Ceterum nulla alia observabantur phaenomena.

---

5. A. F. V..... med. stud. (vide supra) die 30<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Hujus potionis usus nullam illi fecit nauseam, bis vero alvum elicuit pultis instar mollem, torminibus paucis vix notandis stipatam. Urinae neque coloris neque quantitatis aliqua observabatur mutatio.

---

6. J. A. M... med. stud. 22 annos natus, constitutionis sanae, die 3<sup>tio</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Singulos post haustus, ingrata in ventriculo sensatione correptus, tamen non nauseavit. Exceptis tormini-



bus paucis levioribus atque borborygmis multis flatuum evolutionem provocantibus, nihil insoliti percepit. Alvus ter secreta fuit pulvis instar mollis. Urina, colore fusco tincta, majori quantitate fuit secreta.

---

7. Q. J. M. J..... med. stud., 26 annos natus constitutionis sanae, die 3<sup>io</sup> mensis Maji experimenti causa decoctum assumpsit cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam totam exhauserat potionem, peculiarem in abdomine percipiebat caloris sensum; ceterum nullum observavit effectum, nisi alvum mollem semel insecutam, tenesmis paucis comitatam, atque urinae decoloris subfuscae secretionem auctam.

---

8. JANUS STRYLAND, 41 annos natus, constitutionis plethoricae, congestionem cerebralem correptus, alvo adstricta, in Polyclinico Medico die 22<sup>do</sup> mensis Aprilis, decoctum accepit cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) cujus sc. o. bih. c. 2. sumeret. Nullum fere haec potio praebuit effectum subjectivum, exceptis borborygmis atque flatibus multis. Alvus bis insecuta pulvis instar mollis, paucis tenesmis vix notandis erat stipata. Urinae color normalis, ejus secretio vero valde aucta fuit.

---

9. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra) die 4<sup>to</sup> mensis Maji, experimenti causa, rursus decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Praeter flatum multum, nihil percepit

incommodi. Alvus non crebrior, sed mollior facta. Urinae vero fuscae secretio valde aucta erat.

---

10. HENRICUS HENGIN (vide supra) die 4<sup>to</sup> mensis Maji, experimenti causa, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. 2. Nullam molestiam accusavit, nisi flatuum evolutionem frequentem. Ter alvum dejecit pulti tenui similem. Urina in initio flava, postea decolor, multo majori quantitate fuit secreta.

CORTEX RAMORUM JUNIORUM EXTERNUS SICCATUS.

1. HENRICUS KOOPMAN (vide supra) experimenti causa die 23<sup>io</sup> mensis Aprilis, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam totam assumserat potionem, octies alvum reddidit tenuem, nullis torminibus aliisque symptomatibus subjectivis stipatam. Urina leviter colorata non aucta erat.

---

2. G. A. A. . . . . med. stud. (vide supra) die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti causa, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam totam assumserat potionem, nil observavit peculiare, nisi ingratham inanitatis in ventriculo sensationem atque veluti constrictionem in regione umbilicali. Alvus, quamvis non majori copia excreta, tamen paulo mollior erat; urinae limpidae secretio aucta videbatur. Cui vero majori

secretioni verosimiliter infusionis coffeae usus nocturnus in Tococomio Academico ansam dedit.

---

3. C. DE J... med. stud. (vide supra), experimenti caussa, die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis decoctum assumsit cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nullum alium haec potio praebuit effectum, nisi urinae secretionem paululum auctam.

---

4. JOHANNES ROELOFS 54 annos natus constitutionis hydraemicae, jam per aliquod temporis spatium, cheirarthrocaciam passus atque in Clinicum receptus Chirurgicum, die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, alvo tardissima laborans, decoctum sumsit cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam totam exhausterat potionem, nullum alium observavit effectum, nisi borborygmos multos, quibus ter insequabatur alvus pultis instar mollis.

---

5. A. F. V..... med. stud. (vide supra) die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Hujus potionis administratio nullam aliam praebuit mutationem, nisi borborygmos multos, ingrati inanitatis in ventriculo sensationem atque urinae secretionem paululum auctam; quae ultima vero mutatio, ex eadem forsitan originem duxit causa, quam in experimento secundo proxime antecedente proposuimus.

---

6. J. M. . . . . med. stud. 27 annos natus, constitutionis sanae, die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti causa, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j. ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nullum alium haec potio praebuit effectum, nisi urinae secretionem auctam.

---

7. J. E. C. . . . . . med. stud. 24 annos natus, constitutionis sanae, die 28<sup>vo</sup> mensis Aprilis, experimenti causa, decoctum sumsit cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j. ad col. ℥ viij) sc. o. bih. 2. Nullum fere produxit effectum subjectivum, nisi tormina ventris quaedam leviora, post flatuum evolutionem desinentia. Bis alvum reddidit, prima vice pultis instar mollem, altera liquidam. Ceterum nihil observabatur abnorme.

---

8. JUSTUS GIEL, (vide supra) die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti causa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j. ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nullum fere haec potio praebuit effectum. Urinae secretio paululum aucta videbatur, atque alvus bis dejecta fuit normalis, paucis torminibus levioribus praegressis.

---

9. P. A. F. M. . . . . . med. stud. 26 annos natus constitutionis sanae, experimenti causa, die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, decocto usus est cort. Rh. fr. externi siccati (℥ j ad col. ℥ viij). Totam potionem tribus vicibus assumsit, sine ullo effectu manifesto.

---

10. A. H. C. VAN D... med. stud. constitutionis sanae, 26 annos natus, experimenti caussa, 3<sup>io</sup> mensis Maji die decoctum assumsit cort. Rh. fr. externi siccati (℥. j. ad col. ℥. viij) sc. o. bih. c. 2. Singulos post haustus, sensationem in faucibus percipiebat urentem, cui mox insequabatur caloris sensatio peculiaris in abdomine. Alvus ter dejecta fuit, attamen, ut solebat, valde spissa. Ceterum nullam observavit mutationem.

CORTEX RAMORUM VETUSTIORUM SECUNDUS

(VIRIDIS) RECENS.

1. C. DE J... med. stud. (vide supra) die 15<sup>to</sup> mensis Martii, experimenti caussa, decoctum praescribitur cort. Rh. fr. secundi recentis (℥. j ad col. ℥. viij) sc. o. bih. c. 2. Vespertino tempore, primorum post cochlearium usum, torminibus corripiebatur multis; ceterum autem eodem vespere nulla observavit symptomata. Postridie continuavit usum totumque exhaustit decoctum, quo factum, ut per totam fere diem torminibus vexaretur vehementissimis, quibus ter alvus insecuta est tenuissima, fere aquosa, tenesmis dolorificis stipata. Urina laete erat flava, ejus autem copia normalis. Ceterum nullos potio habuit effectus manifestos, nisi caloris sensationem in abdomine per vices redeuntem. Tertio die matutino jam tempore iterum alvus dejecta fuit magis pulti similis, torminibus praenunciata, quae pro-

grediente die sensim sensimque imminuebantur, atque vespertino tempore desinebant.

---

2. JANUS KAPPERS, 40 annos natus, constitutionis plethoricae, plethora abdominali laborans, in Polyclinico Medico alvi tardae caussa, die 15<sup>to</sup> mensis Martii decoctum accepit cort. Rh. fr. secundi recentis ( $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam totam exhauserat potionem, ter alvum dejecit tenuissimam, tenesmis leviter dolorificis stipatam. Ceterum nulla observabantur symptomata memoratu digna, nisi urinae color valde profundus.

---

3. ADOLPHUS SMITS, 26 annos natus, temperamenti phlegmatico-melancholici, die 16<sup>to</sup> mensis Martii, in Polyclinico Medico auxilium petiit propter febrim intermittentem tertianam, statu gastrico-bilioso complicatam. Die 17<sup>mo</sup> decoctum sumsit cort. Rh. fr. secundi recentis ( $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Assumptioni hujus decocti bis alvi tenuissimae dejectio insecuta est torminibus multis stipata. Ceterum nulla observabantur notabilia, nisi urinae color valde profundus.

---

4. G. A. A. .... med. stud. (vide supra) die 2<sup>do</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. secundi recentis ( $\bar{3}$  vj ad col.  $\bar{3}$  vj) sc. o. bih. c. 2. et quidem inde ab hora quinta pomeridiana. Una circiter hora post usum primae doseos, nausea correptus est ad vomitum proxime accedente

ingrata inanitatis in ventriculo sensatione praegressa. Cum sensim sensimque nausea diminueretur, hora 7<sup>ma</sup> alteram dosin sumpsit, cum simili effectu; item tertiam quartamque. Vel potionis adspectus vomitionem excitabat. Praeter vertiginem per intervalla redeuntem, atque borborygmos ructusque multos, nulla ante noctem alia observavit symptomata. Circulatio erat normalis carotidumque pulsatio nullam subierat mutationem. Nocte, hora quarta et dimidia, torminibus vehementissimis atque tenesmis perquam dolorificis evigilatus, bis alvum dejecit tenuissimam copiosam, atque simul et semel omnia ventriculo contenta evomuit. Semper eodem in loco desidens, atque torminibus fere perpetuis vexatus, anxietate pectoris vehementissima corripiebatur. Ictus cordis tardissimus erat atque debilis, pulsus filiformis, vix percipiendus, caput cum facie et regio columnae vetebralis calebant, reliquae vero corporis partes frigebant. Quae quidem conditio ingratisima, postquam duodecimam circiter horae partem duraverat, tandem sudore copioso subito erumpente in partibus calentibus, sensim sensimque diminuebatur. Tormina autem renovato quasi furore redibant, atque tertia vice alvum tenuissimam aquosam satis copiosam sollicitabant. Ictus cordis et pulsus gradatim incresebant, cutis universali atque madido calore fruebatur, et postquam quarta vice, sub torminibus vehementissimis, alvum aquosam, parcam licet, dejecerat, lectum petere cogitavit fractus frangulâ juvenis. Itaque summa cum difficultate scalas ascendit et brevi indormivit. Cephalalgia frontali graviori

correptus, hora 8<sup>va</sup> matutina denuo alvum dejecit tenuissimam satis copiosam, torminibus autem minus vehementibus stipatam; item hora 11<sup>ma</sup> atque 2<sup>da</sup> pomeridiana bis deinceps. Porro autem, exceptis borborygmis multis et torminibus levioribus per intervalla redeuntibus, nullum amplius haec potio praebuit effectum. Urina tam coloris quam quantitatis respectu normalis erat.

---

5. JACOBA VAN DOORN, 26 annos nata, constitutionis sanae, famula in nosocomio, die 3<sup>io</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decocto usa est cort. Rh. fr. secundi recentis ( $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  vij) sc. o. bih. c. 2. Licet perquam nauseabunda, totum tamen assumpsit decoctum, vomitu non secuto. Multis autem borborygmis, torminibusque vehementissimis praenunciata, quater dejecit alvum tenuissimam, aquosam, tenesmis dolorificis stipatam. Insuper cephalalgia frontali graviore auriumque tinnitu saepius redeunte correpta, urinae fuscae excrevit copiam normalem.

---

6. MULIER VERHAAF, 53 annos nata, constitutionis plethoricae, blepharo-conjunctivitidem catarrahalem passa, in Polyclinico Ophthalmiatrico, alvi tardissimae caussa, decoctum accepit cort. Rh. fr. secundi recentis ( $\bar{3}$  j. ad col.  $\bar{3}$  vij) sc. o. bih. c. 2. Sub usu hujus decocti bis nausea afficiebatur, vomitu vero non secuto. Praeter cephalalgiam frontalem satis vehementem, nullis correpta fuit symptomatibus subjectivis, neque alium haec potio praebuit



effectum objectivum, nisi urinae colorem praeter modum fuscum. Alvus, semel tantum dejecta, tenacissima erat.

---

7. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra) die 9<sup>no</sup> mensis Maji, propter alvum adstrictam, decocto usus est cort. Rh. fr. secundi recentis (5 vj ad col. 3. vj) sc. o. bih. c. 2. Nullum haec potio, praebuit effectum sive subjectivum, sive objectivum, nisi urinae colorem paulo profundiozem.

---

8. HENRICUS HENGIN, (vide supra) die 9<sup>no</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. secundi recentis (5 vj ad col. 3 vj) sc. o. bih. c. 2. Brevi post primorum cochlearium usum, nausea atque vomitu vexabatur, reliquis vero dosibus sine ullo incommodo usus est. Fere nullum haec potio praebuit effectum, exceptis borborygmis paucis. Alvus paulo mollior; urinae leviter coloratae secretio paululum aucta videbatur.

---

9. MARIA BITTER, 22 annos nate, syphilidem passa, die 9<sup>no</sup> mensis Maji, alvi tardae caussa, decoctum sumsit cort. Rh. fr. secundi recentis (5 vj ad col. 3 vi) sc. o. bih. c. 2. Nullum haec potio praebuit effectum, nisi cephalalgiam frontalem satis vehementem, borborygmus et flatus frequentes.

---

10. MARIA DE GROOT, (vide supra) die 9<sup>no</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum assumsit cort.

Rh. fr. secundi recentis (3 vj ad col. 3 vj) sc. o. bih. c. 2. Singulae doses nauseam faciebant; quater autem vomitus secutus est. Ceterum, exceptis cephalalgia frontali vehementi atque tinnitu aurium frequenti, nullum illa potio praebuit effectum manifestum.

CORTEX RAMORUM JUNIORUM SECUNDUS

(VIRIDIS) RECENS.

I. G. A. A. . . . . med. stud. (vide supra), experimenti caussa, die 21<sup>mo</sup> mensis Martii inde ab hora IX matutina, post alvi dejectionem normalem, decocto usus est cort. Rh. fr. secundi recentis (3 vj ad col. 3 vj) sc. o. bih. c. 2. Hora 1<sup>ma</sup> postmeridiana peculiarem tensionis sensum in regione capitis frontali atque temporali percipiebat, sensu caloris sicci per totum corpus comitatum, atque insuper ingrata in ventriculo perceptione ad nauseam proxime accedente, totamque diem persistente afficiebatur. Subinde borborygmis post flatuum evolutionem evanescentibus vexatus, hora 6<sup>ta</sup> pomeridiana, alvum dejecit copiosam, pulti tenui similem, quae quidem dejectio eodem vespere sub torminibus vehementioribus bis repetita fuit. Postridie hora 9<sup>na</sup> matutina iterum per alvum reddidit copiosam materiem pultis tenuis instar mollem, levioribus vero torminibus affectus, quae tormina totam fere diem perstiterunt et vespertino demum tempore evanuerunt, alvo insecuta normali. Urina vix colorata, nec majori quantitate secreta erat.

Circulatio sanguinis haud fuit turbata, neque alia observata sunt symptomata morbosa.

---

2. ARNOLDUS ARST, (vide supra), propter alvi segnitiam 1<sup>mo</sup> mensis Martii die, decoctum sumsit cort. Rh. fr. secundi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Sub usu potionis perpetua fere vexabatur nausea, quater vomitum producente. Levioribus nonnullis torminibus praegressis, semel modo alvus secuta est copiosa, tenuissima, cujus dejectio bis tenesmis leviter dolorificis erat stipata. Urinae valde coloratae quantitas normalis erat.

---

3. HENRICUS GOEDHART, (vide supra) alvo tarda laborans, die 1<sup>mo</sup> mensis Martii decocto usus est cort. Rh. fr. secundi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam tertia vice assumserat dosin praescriptam, propter alvum tenuissimam fere aquosam, saepius jam insecutam, ab usu potionis abstinuit. Singulos post haustus nausea vexabatur, vomitum autem non provocante. Nulla percepit tormina, urinaeque fuscae secretio non aucta fuit.

---

4. MULIER Woudenberg, 56 annos nata, constitutionis lymphaticae, jam per aliquod temporis spatium ob hemiplegiam dextram in Nosocomio Academico morata, propter alvum adstrictam, die 21<sup>mo</sup> mensis Martii decoctum sumsit cort. Rh. fr. secundi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. cujus assumptioni ter insecuta est dejectio alvi pultis instar

mollis, sine ullo vel torminum vel nauseae vestigio; subinde autem peculiarem quamdam caloris sensationem in abdomine percipiebat. Urina valde erat colorata, sed copia non aucta.

---

5. EIDEM MULIERI, die 11<sup>mo</sup> mensis Aprilis, iterum praescriptum est decoctum cort. Rh. fr. secundi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. u. a. Sub usu hujus potionis, ingratham in abdomine percipiebat sensationem, caloris dissimilem, nullam vero nauseam. Cephalalgia frontali vehementissima, auriumque tinnitu fere perpetuo vexabatur, atque ter alvum excrevit, prima alteraque vice pulti spissiori similem, tertia vice tenuem, torminibus paucis levioribus notatam. Urina nec quantitatis nec coloris respectu ullam subiit mutationem.

---

6. JANUS VAN DER LINDEN, 31 annos natus, constitutionis debilis, jam per longum temporis spatium phthisicus atque in Nosocomium Academicum susceptus, die 21<sup>mo</sup> mensis Martii, alvo tarda laborans, decocto usus est cort. Rh. fr. secundi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nullam hujus potionis usus illi fecit nauseam. Borborygmis, tenesmis dolorificis, torminibusque multis vexabatur atque bis alvum dejecit, prima vice pulti tenaci similem, altera tenuissimam, fere aquosam. Urinae valde coloratae secretio non aucta fuit.

---

7. C. DE J. . med. stud. (vide supra), experimenti

caussa, die 25<sup>to</sup> mensis Martii, decoctum sumsit cort. Rh. fr. secundi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Sine ullo incommodo ea usus est potione, sed nocturno tempore tenesmis dolorificis evigilatus, alvum dejecit in initio pultis instar mollem, postea tenuissimam. Sequenti die autem bis alvi dejectio obtinuit liquidissima, tenesmis vehementioribus stipata. Nulla ceterum ab illo observabantur symptomata peculiaria. Urina neque nimis colorata neque aucta erat.

---

8. MULIER VAN DER LINDEN, 48 annos nata, constitutionis lymphaticae, jam dudum ob hydropem universalem in Nosocomio Academico curata, quum alvum adstrictam haberet urinaeque secretionem fere nullam, die 11<sup>mo</sup> mensis Aprilis decoctum assumsit cort. Rh. fr. secundi recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Singulos post haustus primum ingrata peculiari, dein nauseosâ corripiebatur sensatione, vomitum vero non producente; de cephalalgia querebatur frontali vehementissima; ceterum nulla observabantur symptomata subjectiva. Septies alvum dejecit, quatuor primis vicibus liquidissimam, tribus ulterioribus pultis instar mollem, tenesmis paucis vix notandis stipatam. Urinae fuscae secretio normalis erat.

NB. Aegra antea duodecim grana Scamm. Alepp. et quindecim grana Gummi Guttae de die sumserat, quae semel dumtaxat alvum subduxerant tenacem.

---

9. JOHANNES LINNEBANK, (vide supra) die 13<sup>to</sup>

mensis Aprilis, propter alvum tardam decoctum assum-  
sit cort. Rh. fr. secundi recentis (℥ j ad col. ℥ viij)  
sc. o. bih. c. 2. Singulas doses nausea sequebatur,  
non vomitus. Postridie, caloris sensatione in abdo-  
mine, aurium tinnitu, cephalalgia frontali, tormini-  
busque multis vexatus est aeger, quibus ultimis septies  
alvus insecuta est tenuissima. Urina leviter erat colo-  
rata, ejus copia vero non aucta.

10. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra) alvum  
strictam habens, die 13<sup>to</sup> mensis Aprilis, decoctum  
sumsit cort. Rh. fr. secundi recentis (℥ j ad col.  
℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Jam brevi singulas post doses,  
nausea vexabatur atque quinques evomuit medica-  
mentum. Insuper de cephalalgia frontali vehementis-  
sima atque de aurium tinnitu questus est. Ter alvum  
excrevit, prima vice pultis instar mollem, altera ter-  
tiaque tenuissimam, nullis autem torminibus vel tenes-  
mis stipatam. Urina profundioris erat coloris, ejus  
vero quantitas normalis.

CORTEX RAMORUM VETUSTIORUM SECUNDUS

(VIRIDIS) SICCATUS.

1. C. DE J... med. stud. (vide supra), experimenti  
caussa, die 14<sup>to</sup> mensis Aprilis, decoctum assumpsit  
cort. Rh. fr. secundi siccati, (℥ j ad col. ℥ viij)  
sc. o. bih. c. 2. Postquam a matutino inde tempore  
usque ad horam 4<sup>am</sup> pomeridianam usum continuave-  
rat, alvo copiosa tenaci subsecuta, abstinuit. Hora

8<sup>ra</sup> vespertina iterum alvum deiecit copiosam, tenuissimam, fere aquosam, torminibus vehementissimis stipatam. Hora 9<sup>na</sup> sequenti, rursus tenesmis ad alvum dolorificis corripiebatur, quibus alvus insecuta est tenuissima aquosa. Per totum diem praeterea borborygmis, torminibus ventris atque flatibus cruciatus fuit. Quamvis quatuor modo potionis unciiis usus esset, altero etiam die quinquies alvum excrevit tenuissimam, aquosam, symptomatibus iisdem jam commemoratis comitatam. Secretio urinae profundius coloratae, paululum aucta erat.

---

2. JOHANNES ROELOFS, (vide supra) die 30<sup>mo</sup> mensis Aprilis, propter alvum adstrictam, decocto usus est cort. Rh. fr. secundi siccati ( $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Quamquam singulos post haustus nausea vexabatur, tamen totam sine vomitu exhausit potionem. Per duorum dierum decursum sexies alvum deiecit tenuissimam, aquosam, paucis modo torminibus, multis vero borborygmis praenunciatam. Urina, quae more solito fusco colore erat tineta, ratione copiae nullam subiit mutationem. Ceterum nil observabatur memoratu dignum.

---

3. HENRICUS KOOPMAN, (vide supra) die 12<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. secundi siccati ( $\bar{5}$  vj ad col.  $\bar{3}$  vj) sc. o. bih. c. 2. Licet singulae doses nauseam facerent, tamen sine vomitu totam exhausit potionem. Cephalalgia, vertigo, borborygmi, atque flatus frequentes

hujus decocti usum sequebantur. Alvus quinquies dejecta fuit pulti similis. Urina leviter colorata, non majori quantitate secreta.

---

4. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra) die 11<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenta caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj col. 3̄ vj) sc. o. bih. c. 2. Sub usus hujus decocti semel nausea affectus fuit, atque vomitu rejecit medicamentum. Residuo autem toto sine nausea et vomitu usus est. Multis borborygmis praegressis, quater dejecit alvum, prima vice duram, sequentibus pultis instar mollem. Urinae subfuscae secretio non aucta fuit.

---

5. MATTHEUS BOSCH, (vide supra) die 12<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum exhaustit cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad 3̄ vj) sc. o. bih. c. 2. Singulae doses nauseam inducebant, semel vomitu insecto. Insuper cephalalgia frontali satis vehemente, vertigine saepius redeunte, borborygmis multis atque flatibus frequentissimis correptus, sexies alvum dejecit, pulti tenui similem. Urinae subfuscae secretio non aucta fuit.

---

6. SARA DE JONG, (vide supra) die 11<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad col. 3̄ vj) sc. o. bih. c. 2. Quamvis singulis dosibus nausea vexata, identidem vomitu secuto, tamen ad fundum usque exhaustit potionem. Symptomata subjectiva ab illa observata



haec fuerunt: cephalalgia frontalis vehementissima, vertigo, tormina ventris multa, borborygmi atque ructus frequentes. Ratione alvi vel urinae nulla obtinuit mutatio.

---

7. HENRICUS HENGIN, (vide supra) die 10<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decocto usus est, cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad col. 3 vi) sc. o. bih. c. 2. Bis vomitus insecutus est, nausea praegressa. Multis deinceps torminibus correptus, bis alvum dejecit, primum tenacem, dein pultis instar mollem. In urina nullam observavit mutationem.

---

8. MARIA DE GROOT, (vide supra) die 11<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum exhaustit cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad col. 3 vj) sc. o. bih. c. 2. Singulae doses nauseam atque vomitum producebant. Quamvis totam, ut videbatur, evomisset potionem, tamen cephalalgia frontali vehementissima, tinnitu aurium, vertigine, borborygmis atque flatibus multis correpta fuit. In alvum vel urinam nullam vim habuit potio.

---

9. MARIA BITTER, (vide supra) die 11<sup>mo</sup> mensis Maji, alvi tardae caussa, decocto usa est cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad col. 3 vj) sc. o. bih. c. 2. Totum evomuisse videtur decoctum, nam singulos post haustus nausea atque vomitu correpta fuit. Nihilominus cephalalgiam frontalem vehementem perpetuam passa est, vertiginem, borbo-

rygmos atque flatus frequentes. Alvus et urina im-  
mutatae manserunt.

---

10. JACOBA VAN DOORN, (vide supra), die 11<sup>mo</sup>  
mensis Maji, experimenti caussa, decoctum assumpsit  
cort. Rh. fr. secundi siccati (̄vj ad col. ̄vj) sc.  
o. bih. c. 2. Sexies dosin assumpsit propositam, sexies  
eam evomuit, nausea fere perpetua correpta. Cephalalgia  
frontalis, tinnitus aurium, vertigo frequens, borborygmi  
atque flatus frequentes symptomata erant subjectiva,  
hujus decocti usui insecuta. Urina leviter colorata  
fuit, copia vero non aucta, neque mutata alvus.

CORTEX RAMORUM JUNIORUM SECUNDUS

(VIRIDIS) SICCATUS.

1. MULIER WOUDEBERG, (vide supra), alvo tarda  
laborans, die 22<sup>do</sup> mensis Aprilis decoctum assumpsit  
cort. Rh. fr. secundi siccati (̄j ad col. ̄viij) sc.  
o. bih. c. 2. Sub usu hujus potionis fere assidue  
nausea atque cephalalgia frontali vehementissima  
correpta fuit; vomitus vero non insecutus est. Quater  
alvum dejecit satis tenacem, paucisque torminibus  
stipatam. Urina coloris erat fusci, sed non majori  
quantitate secreta. Ceterum nil observabatur peculiare.

---

2. SARA DE JONG, (vide supra), experimenti  
caussa, die 23<sup>io</sup> mensis Aprilis decocto usa est  
cort. Rh. fr. secundi siccati (̄j ad col. ̄viij)  
sc. o. bih. c. 2. Quamvis multis torminibus, nausea

fere perpetua atque cephalalgia frontali vehementissima vexaretur, tamen totam exhaustit potionem sine vomitu. Bis alvum excrevit satis tenacem. Urinae fuscae secretio paululum aucta videbatur. Ceterum nulla observabantur memoratu digna.

3. HENRICUS HENGIN, (vide supra) die 25<sup>to</sup> mensis Aprilis, experimenti causa, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. secundi siccati ( $\mathfrak{z}$  ad col.  $\mathfrak{z}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Singulos post haustus valde nauseabundus erat, atque post dimidiam horam, per vomitum semper rejiciebat medicamentum. Postquam tertia vice incassum illud retinere tentaverat, a residuo abstinuit. Quamvis minutissima modo copia ingesta erat, alvus quam vulgo semel de die dejiciebat, tamen paulo minoris erat duritiei. Nullis deinde aliis vexatus est molestiis, nisi aurium tinnitu atque borborygmis frequentibus. Urinae decoloris limpidaeque secretio paululum aucta videbatur. Ceterum nil observavit peculiare.

4. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra), alvi tardae causa, die 30<sup>mo</sup> mensis Aprilis decocto usus est cort. Rh. fr. secundi siccati ( $\mathfrak{z}$  j ad col.  $\mathfrak{z}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Prima dosis illi nauseam faciebat levio-rem, mox evanescentem; reliquis vero sine ullo incommodo usus est. Aurium tinnitus borborygmique multi sola erant, quae ab illo observabantur sympto- mata subjectiva. Alvus bis insecuta similis erat pulti, secretio urinae subfuscae normalis.

5. C. DE J. . . . . med. stud., (vide supra) die 29<sup>no</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decoctum asit cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad col. 3 vj) sc. o. bih. c. 2. Inde ab hora 5<sup>ta</sup> pomeridiana, sex usus est eo vespere cochlearibus, quibus nulli ante noctem insequabantur effectus. Postridie, jam ante meridiem totam exhauserat potionem, atque per intervalla torminibus ventris corripiebatur levioribus, ter secuta alvi dejectione copiosa, pulti simili tenaci, urinae vero coloratae secretionem non aucta.

Tertio autem die torminibus vehementissimis fere continuis vexatus, bis alvum dejecit tenuissimam, fere aquosam, atque cephalalgia frontali vehementissima, aurium tinnitu flatibusque multis correptus fuit.

Quarto die tormina per intervalla redibant mitiora, saepius aurium tinnitu comitata. Alvus vero normalis erat.

---

6. G. A. A. . . . . med. stud. (vide supra) die 29<sup>no</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad col. 3 vj) sc. o. bih. c. 2. Singulos post haustus, primum ingrata in ventriculo sensatione correptus, mox nausea afficiebatur, sequente vomitu. Quater dosin propositam sumere incassum conatus est, quam ob rem a residuo abstinuit. Eodem vespere nullum aliud observavit symptoma, nisi gravitatis sensationem in capite. Postridie alvus, quamvis non majori quantitate dejecta, tamen solita minoris erat duritiei, atque nonnullis torminibus mitioribus prae-

nunciata. Urina neque colore neque copia mutata fuit.

---

7. HENRICUS DE BRUIN, 20 annos natus, constitutionis plethoricae, keratitide chronica laborans atque ideo in Clinicum Ophthalmiatricum receptus, die 12<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad col.  $\frac{3}{3}$  vj) sc. o. bih. c. 2. Bis nausea atque vomitus insecuta sunt, et tormina pauca leviora. Alvus pultis instar mollis bis dejecta fuit. Urina leviter colorata. Ceterum nihil observatum fuit.

---

8. JUSTUS GIEL, (vide supra) die 12<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum sumsit cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad col.  $\frac{3}{3}$  vj) sc. o. bih. c. 2. Semel nausea atque vomitus sequebantur. Nulla alia observavit symptomata subjectiva, nisi vertiginem leviolem. In alvum nullum praebuit effectum. Urinae leviter coloratae secretio normalis erat.

---

9. CHRISTIANUS HILLEBRAND, 51 annos natus, constitutionis debilis, per aliquod temporis spatium, ob carcinoma penis, in Clinico Chirurgico moratus, die 12<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decocto usus est, cort. Rh. fr. secundi siccati (3 vj ad col.  $\frac{3}{3}$  vj) sc. o. bih. c. 2. Semel modo nausea correptus, totam exhaustit potionem sine vomitu insequente. Multis autem borborygmis, auriumque tinnitu affectus, quinquies alvum dejecit pulti similem, paucis modo

torminibus praenunciatam. Urina nullo modo erat mutata.

---

10. JOHANNES LINNEBANK, (vide supra) die 12<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. secundi siccati (̄ vj ad col. ̄ vj) sc. o. bih. c. 2 et quidem, sine ullo fere incommodo. Nullis nempe nisi borborygmis vexabatur symptomatibus subjectivis. Alvus ter insecuta, prima vice erat pulti spissiori, deinde pulti tenui similis. Urina subfusca non aucta fuit.

CORTEX RAMORUM VETUSTIORUM INTERIOR  
(FLAVUS) RECENS.

1. ADRIANA AARTS, 16 annos nata, constitutionis plethoricae, die 27<sup>mo</sup> mensis Februarii parotitide laborans, Polyclinicum adiit Chirurgicum ibique ob alvi segnitiam 1<sup>mo</sup> mensis Martii die, decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris recentis (̄ j col. ̄ viij), cujus uteretur sc. o. bih. c. 2. Postquam totam assumserat potionem, semel tantum alvum dejecit pultis instar mollem, paucis torminibus stipatam. Urina coloris erat valde profunde flavi, copia non aucta. Ceterum nil remedium effecit manifesti.

---

2. MULIER VERHAREN, 36 annos nata, temperamenti phlegmatici, constitutionis laxae, jam ante aliquot dies irritatione spinali correpta et in Nosocomium Academicum recepta, die 27<sup>mo</sup> mensis Februarii,

usa est decocto cort. Rh. fr. interioris recentis (̄ j ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Jam quatuor primorum cochlearium usui bis alvus insecuta est tenuissima, fere aquosa, multis torminibus, nausea atque calor in abdomine sensatione stipata. Urinae profundioris coloris secretio non aucta fuit. Ab usu protracto abstinuit aegra, propter alvum copiosam atque tenuissimam.

---

3. ANTONIUS ARST, (vide supra), alvi adstrictae caussa, die 8<sup>vo</sup> mensis Martii decoctum adhibuit cort. Rh. fr. interioris recentis (̄ j ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Post assumptionem hujus decocti sexies alvum dejecit pulti tenui similem, nonnullis torminibus vix notandis stipatam. Praeterea nullos percepit effectus, nisi urinae decolorationem flavam.

---

4. ADOLPHUS SMITS, (vide supra), alvo tarda laborans, die 20<sup>mo</sup> mensis Martii decoctum sumsit cort. Rh. fr. interioris recentis (̄ j ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Durante usu, perpetuo nausea atque cephalalgia frontali vexabatur. Semel modo alvus insecuta est satis tenax. Ceterum nulla passus est tormina, neque alia symptomata memoratu digna, nisi urinae decolorationem flavam, cujus quantitas normalis erat.

---

5. MARIA DE GROOT, (vide supra) die 1<sup>mo</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decocto usa est cort. Rh. fr. interioris recentis (̄ j ad col. ̄ viij) sc. o. bih.

c. 2. Primis dosibus assumtis, nausea atque vomitu corripiebatur, atque, postquam quarta vice medicamentum sumere incassum conata erat, a residuo abstinuit. Eodem die cephalalgia frontali correpta fuit gravi, sensationem caloris in abdomine percepit peculiarem, atque ter alvum dejecit tenuissimam. Urina non colorata, sed majori in quantitate secreta videbatur. Ceterum nullis vexabatur molestiis, nisi borborygmis nonnullis per intervalla redeuntibus.

---

6. JOHANNES HENSEROEK, 34 annos natus, constitutionis debilis, cardialgia correptus nervosa, alvo stricta, Polyclinicum adiit Medicum ibique decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris recentis ( $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Exceptis ultimis duobus cochlearibus, quae per vomitum rejiciebantur, otam sine ullo nauseae vestigio exhausit potionem. Inter symptomata pauca subjectiva, ab illo observata, enumeravit sensationem caloris in abdomine peculiarem, torminibus vehementissimis exceptam, quibus octies insecuta fuit alvus tenuissima, tenesmis dolorificis stipata. Urinae fuscae secretio normalis erat.

---

7. MULIER JOELE, 50 annos nata, temperamentum melancholici, constitutionis plethoricae, die 1<sup>mo</sup> mensis Maji, Polyclinicum adiit Medicum, propter febrim intermittentem tertianam, gastrico-biliosa conditione comitatum, quam jam per aliquot dies passa erat. Gastricismi causa, eodem die illi decoctum praescribitur cort. Rh. fr. interioris recentis, ( $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  viij)



cujus uteretur sc. o. bih. c. 2. Quamvis singulos post haustus nausea vexaretur, atque ter materiam evomisset acidam, tamen totam exhausit potionem. Cephalalgiae frontali, quam etiam ante usum remedii accusaverat, accessit vertigo per vices rediens, atque caloris sensatio in abdomine. Ter alvum dejecit pulti tenaci similem, paucis modo torminibus stipatam. Urinae flavae secretio non aucta fuit.

---

8. CHRISTIANUS HILLEBRAND, (vide supra) die 1<sup>mo</sup> mensis Maji, alvo tarda laborans, decocto usus est cort. Rh. fr. interioris recentis (℞ j ad col. ℞ viij) sc. o. bih. c. 2. Singulae doses nauseam faciebant, bis vomitum provocantem. Ceterum cephalalgia frontali vehementi, borborygmis, flatibus atque torminibus dolorificis vexatus, quinquies alvum dejecit tenuissimam. Urinae fuscae copia normalis erat.

---

9. C. DE J... med. stud., (vide supra) die 5<sup>to</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum sumsit cort. Rh. fr. interioris recentis (℞ j ad col. ℞ viij) sc. o. bih. c. 2. Ipso die, quo totum exhauserat decoctum, nullum percepit effectum. Postridie bis alvus insecuta fuit, pulti tenaci similis. Urina flavi erat coloris, quantitas ipsius normalis.

---

10. HENRICUS DE BRUIN, (vide supra) die 5<sup>to</sup> mensis Maji, propter alvum tardam, decocto usus est

cort. Rh. fr. interioris recentis (̄ j. ad col ̄ viij)  
sc. o. bih. c. 2. Singulas doses nausea insecuta  
est, ter vomitum producens. Totam nihilominus  
exhausit potionem, et postridie cephalalgia frontali,  
tinnitu aurium, borborygmis atque flatibus multis  
correptus, ter alvum deiecit, prima et altera vice  
pulti similem, tertia aquosam. Urinae fuscae secretio  
non aucta erat.

CORTEX RAMORUM JUNIORUM INTERIOR

(FLAVUS) RECENS.

1. JOHANNA VAN PIGGELEN, 35 annos nata,  
constitutionis plethoricae, jam per plures dies febrim  
intermittentem quotidianam passa, Polyclinicum adiit  
Medicum ibique alvi tardissimae caussa, die 6<sup>to</sup> mensis  
Martii, decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris  
recentis (̄ j ad col. ̄ viij) cujus uteretur sc. o.  
bih. c. 2. Quater alvum excrevit parcam, pultis  
instar mollem, nullis torminibus neque nausea comi-  
tatam. Urina valde flava erat, ejus quantitas vero  
normalis. Ceterum nulla observabantur peculiariora.

2. JOHANNES DE HY, (vide supra), alvo tarda  
laborans, die 15<sup>to</sup> mensis Martii, decoctum assumsit  
cort. Rh. fr. interioris recentis (̄ j ad col. ̄ viij)  
sc. o. bih. c. 2. Singulas hujus potionis doses con-  
tinuo evomuit, neque alium inde percepit effectum.

3. ELIZA GEELKERKEN, 21 annos nata, syphi-

litica, temperamentī sanguinei, in Polyclinico Chirurgico, alvi tardae caussa, die 15<sup>to</sup> mensis Martii decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris recentis (℥ j. ad col. ℥ viij) ejus uteretur sc. o. bih. c. 2. Quamvis sub usu hujus decocti semper nauseabunda esset, tamen vomitus non insecutus est. Quinques alvum excrevit pulti tenuissimae similem, torminibus multis stipatam. Urinae flavae secretio non aucta fuit. Ceterum nulla observabantur symptomata.

---

4. G. A. A. . . . . (vide supra) die 11<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. interioris recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam hora 7<sup>ma</sup> vespertina duobus hujus potionis cochlearibus usus erat, jam hora 8<sup>va</sup> subsequente, ingrata in ventriculo sensatione ad nauseam proxime accedente correptus est, atque per intervalla etiam aurium tinnitum percepit. Mox nausea affectus, per vomitum magnam tam ciborum quam potionis reddidit copiam. Secunda dosis, hora 9<sup>na</sup> assumta, iterum nauseam atque vomitum produxit. Sic etiam tertia, quam ob causam ab usu protracto abstinuit. Nulla eodem vespere observabantur symptomata alia, nisi gravitatis sensatio in regione capitis frontali, et ructus frequentes. Circulatio sanguinis normalis, urina non colorata erat.

Postridie, jam matutino tempore, nonnullis torminibus flatuum evolutionem producentibus vexatus, alvum dejecit copiosam tenui pulti similem, tenesmis dolorificis stipatam. Progrediente die, tormina per inter-

valla redibant et borborygmis multis, flatus provocantibus praenunciata, hora 6<sup>ta</sup> pomeridiana alvus exercebatur pulti spissiori similis, finem potionis actioni ponens.

5. JACOBA VAN DOORN, (vide supra) die 11<sup>mo</sup> mensis Aprilis, alvo tarda laborans, decoctum assumsit cort. Rh. fr. interioris recentis (℞ j ad col. ℞ viij) sc. o. bih. c. 2. Brevi post primorum cochlearium usum cephalalgia frontali nec non nausea corripiebatur, atque omne evomebat medicamentum. Duorum sequentium cochlearium usui idem insequabatur effectus, quam ob causam non amplius usa est potione. In alvo nullam observavit mutationem, urinae vero coloratae secretio aucta erat videbatur.

6. ISAACUS V. D. LINDEN 57 annos natus, constitutionis robustae plethoricae, jam aliquamdiu, propter dextri brachii, ulnae et radii fracturam, in Nosocomio moratus Academico, die 11<sup>mo</sup> mensis Aprilis, de alvo tarda questus, usus est decocto cort. Rh. fr. interioris recentis (℞ j ad col. ℞ viij) sc. o. bih. c. 2., et quidem inde ab hora 4<sup>ta</sup> pomeridiana, sine ullo incommodo. Postridie autem cephalalgia leviori frontali correptus, etiam per intervalla aurium tinnitum accusavit. Septies alvus insecuta est tenuissima, paucis tenesmis leviter dolorificis stipata. Ceterum nil observabatur peculiare. Urina, more solito, profundioris erat coloris, sed non majori copia secreta.

7. C. DE J... med. stud. (vide supra) die 11<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. interioris recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Jam cito post primam dosin ingrata veluti inanitatis in ventriculo sensatione corripiebatur, post secundam nausea vomituritionem producente. Tertia vice unius cochlearis quantitas, vix ventriculo ingesta, vomitu rejiciebatur, quam ob causam abstinuit, neque alia observavit symptomata, nisi tormina quaedam leviora, flatus producentia.

---

8. JANUS SOETERIK, 23 annos natus, constitutionis robustae, alvi adstrictae caussa, die 12<sup>mo</sup> mensis Aprilis, decoctum assumsit cort. Rh. fr. interioris recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Singulas post doses nausea corripiebatur, imminente, nec tamen secuto vomitu. Cephalalgia frontali atque aurium tinnitu totum fere vexatus erat diem. Quater alvum excrevit, prima vice pultis instar mollem, deinde tenuissimam, tenesmis dolorificis stipatam. Urinae coloratae secretio non aucta erat.

---

9. HENRICUS KOOPMAN, (vide supra), experimenti caussa, die 13<sup>tio</sup> mensis Aprilis, decocto usus est cort. Rh. fr. interioris recentis (℥ j ad col. ℥ viij) cujus uteretur sc. o. bih. c. 2. Quanvis ter in vomitum inciderit atque singulos post haustus nausea corriperetur graviori, tamen totam exhausit potionem. Postridie cephalalgia *occipitali* vehementissima, aurium tinnitu, atque flatibus copiosis, nullis vero

torminibus vexatus est. Quinquies alvum dejecit tenacem. Urina subfusca non majori quantitate erat secreta.

10. JOHANNES OOSTENRYK, 49 annos natus, constitutionis robustae, conjunctivitide catarrhali correptus, Clinicum adiit Ophthalmiatricum ibique, alvi tardae caussa, decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris recentis, ( $\mathfrak{Z}$  j ad col.  $\mathfrak{Z}$  viij) cujus uteretur sc. o. bih. c. 2. Nullum inde observavit effectum, nisi tormina pauca leviora.

11. SARA DE JONG, (vide supra), die 13<sup>to</sup> mensis Aprilis decoctum sumsit cort. Rh. fr. interioris recentis ( $\mathfrak{Z}$  j ad col.  $\mathfrak{Z}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Singulas doses nausea secuta est, semel vomitus. Cephalalgia frontali, torminibus vehementissimis, auriumque tinnitu fere continue vexabatur. Insuper peculiarem caloris sensationem in abdomine percipiebat. Septies alvum excrevit, tenui pulti similem. Urinae fuscae secretio paululum aucta videbatur.

12. MULIER KRANE, 40 annos nata, constitutionis hydraemicae, keratitide laborans, Clinicum frequentabat Ophthalmiatricum ibique die 11<sup>mo</sup> mensis Aprilis, alvi adstrictae caussa, decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris recentis, ( $\mathfrak{Z}$  j ad col.  $\mathfrak{Z}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Assidue nauseosa, pluries vomitu correpta fuit. Nullum ceterum potio praebuit effectum, praeter cephalalgiam frontalem leviolem et alvum tenuissimam,

quinquies sini omni tormine, insecutam. Urina flava erat.

13. DIDERICUS VERMEULEN, 41 annos natus, constitutionis robustae, impetiginis menti atque alvi adstrictae caussa, Polyclinicum adiit Chirurgicum ibique die 15<sup>to</sup> mensis Aprilis, decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris recentis (̄ j ad col. ̄ viij) sc. o. bil. c. 2. Nullus post hujus potionis usum observabatur effectus, nisi alvus tenuissima, aquosa ter insecuta, atque urinae color fuscus.

CORTEX RAMORUM VETUSTIORUM INTERIOR  
(FLAVUS) SICCATUS.

1. C. DE J... med. stud., (vide supra) die 18<sup>vo</sup> mensis Martii experimenti caussa, decoctum praescriptum est cort. Rh. fr. interioris siccati (̄ vj ad col. ̄ vj) sc. o. bil. c. 2., quod eodem die exhaust. Jam cito post usum primae doseos, quae saporis erat nauseosi, cephalalgia frontali corripiebatur vehemente. Vespertino tempore alvus subsecuta est copiosa tenax, paucis torminibus vix notandis praenunciata. Postridie autem, hora 11<sup>ma</sup> matutina, 6<sup>ta</sup> pomeridiana atque 8<sup>va</sup> vespertina, ter alvum dejecit, prima vice tenuem, secunda atque tertia tenuissimam, aquosam, nonnullis torminibus sub dejectione vel sub flatuum accumulatione comitatam. Urinae color erat flavus ejusque secretio normalis. Ceterum nulla observabantur symptomata notabilia.

2. JANUS V. D. LINDEN, (vide supra) de alvo questus tarda, 1<sup>mo</sup> mensis Aprilis die decocto usus est cort. Rh. fr. interioris siccati (̄ j ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Quo quidem assumpto, quater alvum excrevit pulti spissiori similem, torminibus nonnullis stipatam. Urinae color magis profundus ejusque copia aperte aucta erat.

Die 6<sup>to</sup> Aprilis, simili usus est decocto, cujus assumptioni ter alvus insecuta est pultis instar mollis, ultima vice tenuissima, sine ullo torminum vestigio. Aeger autem singulas post doses nauseabundus erat et cephalalgia afficiebatur frontali vehementissima. Urinae secretio non aucta, ipsius color vero magis profundus erat.

Die 8<sup>vo</sup> Aprilis rursus decoctum sumsit idem. Brevi post primae doseos assumptionem, subsecuta sunt caloris sensus et tormina ventris, nausea atque cephalalgia frontali comitata. Bis alvum excrevit pulti spissiori similem. Urinae fuscae secretio non aucta erat.

3. DORIS MOORE, 25 annos natus, constitutionis debilis, impetigine menti laborans, Polyclinicum adiit Chirurgicum atque die 25<sup>to</sup> mensis Martii, decoctum exhaustit cort. Rh. fr. interioris siccati (̄ j. ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Eodem die bis alvum dejecit pultis instar mollem, nullis torminibus neque aliis incommodis comitatam. Postridie autem, torminibus, nausea atque vomituritione correptus, bis alvum excrevit tenuissimam. Urina profun-



dioris coloris, ejus vero quantitas normalis erat. Nulla ceterum observabantur symptomata memorabilia.

---

4. MATTHEUS BOSCH, 27 annos natus, temperamenti melancholici, jam per tres dies alvum clausam habens, atque gastricismo correptus, die 26<sup>to</sup> mensis Martii, usus est decocto cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Decocto assumpto, per duorum dierum spatium, octies alvum dejecit tenuissimam copiosam, caloris sensu in abdomine, torminibus vehementissimis frequentibus, nausea, vomituritione atque cephalalgia frontali comitatam. Urinae flavae secretio aucta videbatur.

---

5. ANNA SAALMAN, 17 annos nata, constitutionis hydraemicae, die 20<sup>mo</sup> mensis Martii, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Quo factum, ut per trium dierum spatium, quotidie bis alvum dejecerit pulti tenui similem, torminibus ac tenesmis stipatam atque fere continue nauseabunda esset. Ceterum nulla observabantur notabilia, nisi urinae decoloratio fusca.

---

6. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra), 6<sup>to</sup> mensis Aprilis die, alvi tardae caussa, decoctum hausit cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j ad col. ℥ viij), cui semel dumtaxat insecuta est alvi dejectio spissae, nonnullis torminibus vix notandis comitata. Durante medicaminis usu autem, nausea fere perpetua, vomitu atque cephalalgia corripiebatur frontali. Nulla

alia observabantur symptomata peculiaria, nisi urinae color solito profundior.

7. HENRICUS VEELLEN, 29 annos natus, constitutionis robustae, alvi tardae caussa, die 5<sup>to</sup> mensis Aprilis, decocto usus est cort. Rh. fr. interioris siccati, (℞ j ad col. ℞ viij) sc. o. bih. c. 2. Quum totam assumisset potionem, per duos dies septies insecuta est alvus, in initio pultis instar mollis, postea tenuis, nullis doloris incommodis nulloque calor in abdomine sensu, sed nausea atque cephalalgia frontali perpetua comitata. Ultimo autem incommodo fere semper magis minusve vexatus erat. Urinae paululum coloratae secretio non aucta fuit.

8. ELIZA GEELKERKEN, (vide supra), die 10<sup>mo</sup> mensis Aprilis, alvi tardae caussa, assumpsit decoctum cort. Rh. fr. interioris siccati (℞ j ad col. ℞ iij) sc. o. bih. c. 2. Decocto assumpto, sexies alvum excrevit tenuissimam, aquosam, tenesmis vehementer dolentibus stipatam. Brevi post singulas doses nausea, vomitum fere provocante, corripiebatur; insuper cephalalgia frontali auriumque tinnitu continue vexabatur. Urinae coloratae secretio non aucta erat.

9. HENRICUS HEIWEGEN, (vide supra), die 7<sup>mo</sup> mensis Aprilis, alvi tardae caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. interioris siccati (℞ j ad col. ℞ viij) sc. o. bih. c. 2. Quamvis assidue post singulas doses, nausea laboraret, vomitum semel provocante, tamen totum

exhausit decoctum, cui quinquies alvus insecuta est pulti tenui similis, torminibus frequentibus atque cephalalgia frontali comitata. Urina erat colorata, copia vero normalis.

---

10. HENRICUS HENGIN, (vide supra), die 14<sup>to</sup> mensis Aprilis, decoctum sumpsit cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Singulos haustus nausea sequebatur, bis vomitum provocans. Ter dejecit alvum pulti tenaci similem, tertia vice duram et parcam, torminibus satis vehementibus stipatam. Urinae fuscae secretio normalis erat. Ceterum nulla observabantur notabilia.

---

11. H. V. D. B. . . . . 30 annos natus, constitutionis sanae, die 11<sup>mo</sup> mensis Aprilis, alvi tardae caussa, decocto usus est cort. Rh fr. interioris siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam hujus decocti uncias tres assumserat, abstinuit, quum perpetuo nausea vexaretur atque male sese haberet. Quamvis igitur minori modo quantitate usus fuerit, tamen bis alvum dejecit tenuissimam, nullis torminum aliusve incommodi vestigiis stipatam. Urina paululum erat colorata, ejus vero copia normalis erat.

CORTEX RAMORUM JUNIORUM INTERIOR  
(FLAVUS) SICCATUS.

1. DIDERICUS VERMEULEN, 22 annos natus, ob gonorrhoeam syphiliticam Polyclinicum adiit Chi-

rurgicum, ibique alvi adstrictae caussa die 27<sup>mo</sup> mensis Martii, decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j ad col. ℥ viij), cujus uteretur sc. o. bih. c. 2. Sub usu hujus potionis cephalgia frontali correptus fuit vehementissima, novies alvum excrevit tenuissimam, nullis vero torminibus stipatam. Urina profundioris erat coloris, ejusque copia aucta videbatur. Ceterum nil observabatur peculiare.

---

2. MATTHEUS BOSCH, (vide supra), die 22<sup>do</sup> mensis Aprilis, alvi adstrictae caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Singulos post hanstus nauseabundus, semel omnia, quae in ventriculo erant, evomuit. Cephalgia insuper frontali vehementi atque torminibus multis vexatus, quinquies alvum dejecit tenuem. Urina coloris erat fusci ejusque copia normalis. Ceterum nulla observabantur memoratu digna.

---

3. MULIER DE MAN, 42 annos nata, constitutionis robustae, gonarthrocaciam passa, in Polyclinico Chirurgico, alvi tardae caussa, die 22<sup>do</sup> mensis Aprilis decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Singulae doses nauseam inducebant, bis vomitum provocantem. Ceterum nulla insequabantur symptomata subjectiva. Bis alvum dejecit primum tenacem, dein tenuem. Urina nullam subiit mutationem, neque ratione coloris neque quantitatis.

---

4. HENRICUS KOOPMAN, (vide supra), die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti causa, decocto usus est cort. Rh. fr. interioris siccati ( $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Singulae doses nauseam excitabant, bis vomitu secuto. Totam nihilominus exhausit potionem atque praeter cephalalgiam *occipitalem*, et flatulentiam frequentem, nullis symptomatibus subjectivis correptus fuit. Ter alvum dejecit pultis instar mollem. Urina, colore flavo tincta, normali quantitate secreta fuit.

5. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra), alvo tarda laborans, die 28<sup>vo</sup> mensis Aprilis decoctum assumsit, cort. Rh. fr. interioris siccati ( $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Quamvis singulas post doses nauseabundus esset atque bis vomitu omne rejiceret medicamen, tamen totam exhausit potionem. Cephalalgia frontali correptus atque borborygmis multis, bis alvum excrevit pultis instar mollem. Urina, coloris subfusci, non aucta fuit. Ceterum nil observavit peculiare.

6. HENRICUS HENGIN, (vide supra), experimenti causa, die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, decocto usus est cort. Rh. fr. interioris siccati ( $\bar{3}$  j ad col.  $\bar{3}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Quamvis primis jam cochlearibus nausea affectus, usum tamen protraxit. Tribus ultimis autem dosibus vomitus productus fuit. Nullis aliis vexatus est symptomatibus subjectivis, nisi borborygmis multis, bis alvum pulti tenui similem

producentibus. In urinae secretione nulla observabatur mutatio.

7. JACOBA VAN DOORN, (vide supra), die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j. ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. A duobus prioribus cochlearibus, primum vertigine, deinde nausea, tandem vomitu correpta fuit. Residuum autem sine ulla nausea exhaustit. Mox vero cephalalgiam percepit frontalem. Ceterum, exceptis nonnullis torminibus multisque borborygmis, nullum fere haec potio praebuit effectum. Alvus non insecuta fuit, urinae secretio normalis, urina ipsa flavo colore tincta erat.

8. SARA DE JONG, (vide supra), die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis experimenti caussa, decocto usa est cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. bih. c. 2. Singulae doses nauseam faciebant; semel vomitu corripiebatur. Totam nihilominus assumpsit potionem, quo factum, ut cephalalgia frontali vehementissima, caloris sensatione in abdomine peculiari, torminibusque satis vehementibus affecta, quinquies alvum dejecerit pultis instar mollem. Urina, fusco colore tincta, normali quantitate secreta fuit.

9. CORNELIA KORSMAN, 27 annos nata, syphilitica, constitutionis nervosae, doloribus osteocopis vexata, Polyclinicum adiit Chirurgicum ibique alvi

tardissimae causa die 28<sup>vo</sup> mensis Aprilis decoctum accepit cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j. ad col. ℥ viij) sc. bih. c. 2. Post singulos haustus, nausea correpta, omnia ventriculi ingesta vomitu rejiciebat. Cephalalgiam passa fuit frontalem; nullum autem alium observavit effectum subjectivum. Sexies alvum dejecit tenuissimam, nullis torminibus stipatam. Urinae fuscae secretio non aucta fuit.

10. J. C. V..... jur. stud. 21 annos natus, constitutionis sanae, experimenti causa, 3<sup>to</sup> mensis Maji die, decocto usus est cort. Rh. fr. interioris siccati (℥ j. ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Quatuor primis cochlearibus nausea excitabatur gravis. Tertia dosis continuo vomitum provocabat, quam ob causam, residuum sumere recusavit Themidis alumnus. Urina leviter erat colorata. Nulla alia observabantur symptomata.

CORTEX RAMORUM VETUSTIORUM CUM

EPIDERMIDE RECENS.

1. G. A. A..... med. stud., (vide supra) experimenti causa, die 25<sup>to</sup> mensis Februarii usus est decocto cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2, inde ab hora 1<sup>ma</sup> pomeridiana. Jam hora 5<sup>ta</sup> pomeridiana alvus secreta est copiosa, satis tenax. Progrediente die, per vices observabantur tormina vehementia, post frequentem flatuum evolutionem evanescentia. Hora 8<sup>va</sup> vesper-

tina atque media nocte bis alvum excrevit tenuem, tenesmis dolorificis praegressam. Postridie jam ante horam 8<sup>vam</sup> matutinam tertia vice alvus insecuta est, pultis instar mollis, tenesmis minus vehementibus comitata. 3<sup>tio</sup> tandem die, ter alvum dejecit, prima vice spissam, altera atque tertia tenuissimam, doloribus nonnullis pungentibus in intestino recto stipatam. Nulla ceteroquin peculiaria observavit symptomata: neque nausea neque cephalalgia vexatus est, nullaque in sanguinis circuitu observabatur mutatio. Urinae coloratae secretio non aucta erat.

---

2. A. V. E... med. stud., 23 annos natus, constitutionis sanae atque robustae, more solito semel die alvum excernens valde tenacem, die 27<sup>mo</sup> mensis Martii hora 10<sup>ma</sup> matutina simul et semel exhausti uncias quatuor decocti cort. Rh. fr. cum epidermide recentis ( $\xi$   $\beta$  ad col.  $\xi$  iv). Hora 6<sup>ta</sup> pomeridiana torminibus ventris vehementibus corripiebatur, atque hora 2<sup>da</sup> nocturna, torminibus atque tenesmis dolorificis evigilatus fuit, quibus alvi primum pultis instar mollis, postea tenuissimae dejectio producta fuit. Sequenti die tormina subinde redibant, alvus vero normalis erat. Urinae coloratae secretio non aucta fuit.

---

3. CORNELIUS VAN MAURIK, 53 annos natus, constitutionis robustae plethoricae, jam aliquamdiu in Nosocomio Academico moratus propter emphysema pulmonum et vitium cordis organicum, die 23<sup>tio</sup>



mensis Februarii, alvi adstrictae caussa decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis ( $\mathfrak{Z}$   $\beta$  ad col.  $\mathfrak{Z}$  iv) sc. o. bih. c. 2. Postquam totam assumerat potionem, hora 3<sup>tia</sup> matutina alvum deiecit partim pultis instar mollem, partim tenuissimam, nonnullis torminibus levioribus comitatam. Ex ultimorum usu cochlearium semper nauseabundus erat, pulsus normalis, urina ex flavo fusca, copia vero non aucta. Die 24<sup>to</sup> ejusdem mensis simili usus est decocto, quo bis sollicita fuit alvus pulti tenui similis, paucis torminibus levioribus stipata. Post singulas autem dejectiones nausea accedebat et imminuebat vomitus. Urina profundius erat colorata, ejus copia normalis. Ceterum nulla observabantur memoratu digna.

4. MULIER VERHAREN, (vide supra), die 23<sup>to</sup> mensis Februarii, alvi tardissimae caussa, decoctum assumpsit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis ( $\mathfrak{Z}$   $\beta$  ad col.  $\mathfrak{Z}$  iv) sc. o. bih. c. 2. Exhausta potione, nocturno tempore perquam nauseabunda erat materiemque quamdam acidulam evomuit, postridie semel modo alvum excrevit duram. Praeterea nulla observabantur memorabilia. De urinae colore ob mensium fluxum judicari non poterat.

Die 25<sup>to</sup> Februarii iterum decocto usa est, majori vero quantitate sc. ( $\mathfrak{Z}$  j ad col.  $\mathfrak{Z}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Jam brevi post primum haustum peculiarem sensum caloris in abdomine percipiebat aegra, atque hora 7<sup>ma</sup> vespertina nauseans, bis materiem evomuit acidam, alvum ter excrevit, prima alteraque vice pultis

instar mollem, tertia tenuissimam, aquosam. De urina propter allatam caussam nil dici potest.

---

5. MARIA LOBLANC, 36 annos nata, blepharoconjunctivitate catarrhali correpta, die 2<sup>do</sup> mensis Maji Polyclinicum adiit Ophthalmiatricum ibique alvi tardissimae caussa, decoctum accepit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Quamvis singuli haustus nauseam facerent, vomitus tamen non insecutus est. Tota exhausta potione, borborygmis frequentibus praegressis, quaterdecies alvus dejecta fuit, primum pultis instar mollis, postea tenuissima aquosa. Urina non mutata erat, neque alios potio praebuit effectus.

---

6. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra), die 2<sup>do</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum assumpsit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Post singulos haustus nauseabundus, semel vomuit. Ceterum nullis correptus fuit incommodis, nisi flatibus frequentibus, quibus bis alvus insecuta est, prima vice tenax, altera pultis instar mollis. Urina subfusci erat coloris, sed non majori copia secreta.

---

7. HENRICUS HENGIN, (vide supra) die 2<sup>do</sup> mensis Maji, experimenti caussa, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. A singulis haustibus nauseabat, semelque omne evomuit medicamen. Ab

omni ceterum incommodo liber, bis alvum dejecit pulti tenaci similem, borborygmis nonnullis praenunci-  
atam. Urina, omnis coloris expers, majori quantitate secreta fuit.

---

8. JUSTUS GIEL, (vide supra), die 2<sup>do</sup> mensis Maji, experimenti caussa, usus est decocto cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (̄ j. ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Semel modo nausea atque vomitu correptus, totam exhaustit potionem, sub cujus usu primum vertigine, postea aurium tinnitu vexabatur nullo vero alia symptomata percipiebat subjectiva. Semel alvus insecuta est aquosa, urinaeque flavae secretio normalis erat.

---

9. SARA DE JONG, (vide supra), experimenti caussa, die 2<sup>do</sup> mensis Maji, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (̄ j. ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Omnem fere symptomatum subjectivorum cohortem passa est, sc: nauseam et vomitum ter insecutum, cephalalgiam frontalem, caloris sensum in abdomine, tormina multa vehementia, borborygmus atque flatus frequentissimos. Sexies alvum excrevit, pulti tenuissimae similem. Urinae fuscae copia normalis erat.

---

10. MULIER VERHAAF, (vide supra), die 6<sup>to</sup> mensis Maji, alvi adstrictae caussa, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (̄ j. ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Quamvis singuli haustus

nauseam facerent, totam tamen exhaustit potionem sine vomitu insecuto. Praeter gravitatis sensum in capite borborygmos atque flatus frequentes, nulla observavit symptomata subjectiva. Quater alvum dejecit in initio pulti tenui similem. Urinae flavae quantitas non aucta fuit.

CORTEX RAMORUM JUNIORUM CUM  
EPIDERMIDE RECENS.

1. C. DE J... med. stud. (vide supra), experimenti caussa, die 22<sup>do</sup> mensis Martii decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2, et quidem inde ab hora 4<sup>ta</sup> pomeridiana. Eodem vespere nullum expertus est effectum. Postridie vero hora 5<sup>ta</sup> pomeridiana alvum dejecit copiosam, tenacem, sine tormine; similem, at parcam, hora 9<sup>na</sup> et dimidia. Hora 5<sup>ta</sup> pomeridiana sequentis diei dejectio erat copiosa, in initio pultis instar mollis, postea tenuis; copiosa etiam et tenuissima sera vespera; utraque tenesmis leviter dolorificis comitata. Urinae color subflavus erat.

---

2. ADOLPHUS SMITS, (vide supra), alvi adstrictae caussa, die 22<sup>do</sup> mensis Martii decocto usus est cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam totam exhauserat potionem, per duorum dierum spatium nullam habuit alvi dejectionem, atque nullis vexatus est incommodis, nisi cephalalgia

frontali vehementissima. Urina leviter erat colorata atque, quod attinet ad copiam, non aucta.

---

3. ABRAHAMUS COENRAADS, 34 annos natus, constitutionis ex nimia venere debilis, die 22<sup>do</sup> mensis Martii, Polyclinicum adiit Medicum, congestionem cerebralem atque alvo tarda laborans, qua de causa illi decoctum praescribitur cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nul- lum notabile hoc decoctum praebuit effectum. Alvus tardissima mansit. Urina tam ratione coloris quam quantitatis normalis erat.

---

4. SARA DE JONG, (vide supra), die 24<sup>to</sup> mensis Martii experimenti causa, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Per viginti quatuor horarum spatium, novies alvum excrevit, prima vice tenacem, octies tenuissimam, fere aquosam, torminibus multis vehementissimis, nausea atque vomitu bilioso semel intrante stipata. Quum de cephalalgia frontali vehementissima, atque de nausea fere perpetua quereretur pulsumque haberet febrilem, emetico de ipecacuanha usa est, quo vomitus provocabatur materiei copiosae biliosae. Urinae, coloris valde flavi, quantitas normalis erat.

NB. Quum 27<sup>mo</sup> Martii die varicellae erumperent, nausea atque cephalalgia forsitan prodromi sunt habendae eruptionis exanthematis.

---

5. MATTHEUS BOSCH, (vide supra), die 25<sup>to</sup> men-

sis Martii, alvi tardae caussa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Hujus potionis usui semel modo alvus insecuta est tenax atque dura, sine ullo torminum aliasve incommodi vestigio. Urina colorata, ejus vero copia non aucta erat.

---

6. HENRICUS HENGIN, (vide supra), alvum tardam accusans, die 24<sup>to</sup> mensis Aprilis decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. A singulis dosibus nauseabat, semel vomuit. Totam nihilominus exhausit potionem, neque alia observavit symptomata, nisi tormina pauca ventris, atque urinae decolorationem flavam. Alvus non insecuta est.

---

7. DIDERICUS VERMEULEN, (vide supra), die 22<sup>do</sup> mensis Aprilis, alvum tardam questus, decoctum assumsit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam totam exhauserat potionem, bis alvum dejecit satis duram. Ceterum nihil observavit, a norma quod recederet.

---

8. HENRICUS HEIWEGEN, (vide supra), alvi adstrictae caussa, die 22<sup>do</sup> mensis Aprilis usus est decocto cort. Rh. fr. cum epidermide recentis (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Exhausto medicamento, bis alvus sequebatur modice tenax, nullis torminibus, sed caloris sensatione in abdomine comitata. Singulos post haustus nausea vexabatur, nec tamen vo-

mitu aut cephalalgia corripiebatur. Urina profundioris erat coloris atque majori quantitate secreta videbatur.

9. JOHANNES LINNEBANK, (vide supra), experimenti causa, die 22<sup>do</sup> mensis Aprilis, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis ( $\frac{3}{4}$  j ad col.  $\frac{3}{4}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Quater insecuta fuit alvi, pulti tenui similis, dejectio, borborygmis praenunciata, nullis vero torminibus stipata. Urinae color normalis fuit, ejus vero copia paululum aucta videbatur. Ceterum nulla observabantur memoratu digna.

10. ALBERTUS VAN DOORN, (vide supra), die 25<sup>to</sup> mensis Aprilis, experimenti causa, decoctum assumsit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis ( $\frac{3}{4}$  j ad col.  $\frac{3}{4}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Quamvis a singulis haustibus nauseabundus semelque vomitu correptus, totam tamen exhausit potionem atque ter alvuur dejecit, prima vice satis tenacem, altera tertiaque pulti tenui similem. Nullis torminibus, sed multis borborygmis, flatuum copiam evolventibus, praenunciatam. Nullum caloris sensum in abdomine, neque cephalalgiam percepit, postridie vero saepius aurium tinnitum. Urinae color erat normalis, copia manifeste aucta.

11. MATTHEUS BOSCH, (vide supra), die 23<sup>to</sup> mensis Aprilis, experimenti causa, decoctum ad-

hibuit cort. Rh. fr. cum epidermide recentis ( $\bar{5}$  j ad col.  $\bar{5}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Jam sub usu hujus decocti, multis ventris torminibus atque cephalalgia frontali vexatus, quinquies alvum dejecit pulti tenuissimae similem; ter autem, brevi post haustum assumtum, nausea correptus, totum evomit. Urinae fuscae copia non aucta erat.

CORTEX RAMORUM VETUSTIORUM CUM  
EPIDERMIDE SICCATUS.

1. G. A. A. . . . . , med. stud., (vide supra), experimenti caussa, 30<sup>mo</sup> mensis Januarii usus est decocto cort. Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\bar{5}$   $\beta$  ad col.  $\bar{5}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Ante noctem nil observavit peculiare. Die sequenti autem, jam matutino tempore, bis alvum dejecit, prima vice pultis instar mollem, altera valde liquidam, sine ullo torminum ventris sive nauseae vestigio. Urina ex flavo fusca erat, ejus copia vero non aucta.

Die 15<sup>to</sup> mensis Martii ejusdem corticis decoctum adhibere caepit, paulo fortius attamen ( $\bar{5}$   $\beta$  ad col.  $\bar{5}$  vj), vespere scilicet duobus modo cochlearibus usus est, unde postridie nonnulla observabantur tormina ventris vix notanda, eo praesertim tempore, quo flatuum evolutio accidebat vel tenesmi ad alvum. Alvus quater dejecta est copiosa, pulti simillima. Urina profundioris erat coloris, copia vero non aucta.

Diebus 16<sup>to</sup>, 18<sup>vo</sup> atque 20<sup>mo</sup> insequentibus, pariter singulis usus est hujus decocti cochlearibus duobus,



a quibus matutino tempore ter insecuta fuit alvi dejectio pulti similis, symptomatibus iisdem ac antea comitata.

---

2. MARINUS ACHTERBERG, 30 annos natus, constitutionis phlegmaticae, jam per longum tempus in Clinico Academico propter epilepsiam curatus, alvi strictae caussa, die 31<sup>mo</sup> mensis Januarii decocto cort. Rh. fr. cum epidermide siccati usus est ( $\mathfrak{Z}$   $\beta$  ad col.  $\mathfrak{Z}$  vj) sc. o. bih. c. 2. Postridie, semel tantum alvum deiecit tenacem, fuscam, sine ullo torminum ventris vel nauseae vestigio. Urina ex flavo fusca non aucta fuit.

---

3. ADRIANA AARTS, (vide supra), die 27<sup>mo</sup> mensis Februarii Polyclinicum adiit Chirurgicum, parotitide laborans atque alvo adstricta, quam ob causam decoctum illi praescribitur cort. Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\mathfrak{Z}$  j ad col.  $\mathfrak{Z}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Nullum haec potio praebuit effectum, nisi nonnulla tormina ventris.

---

4. MULIER VAN BEEK, 42 annos nata, constitutionis plethoricae, quae jam inde a 20<sup>mo</sup> mensis Januarii die Polyclinicum Medicum frequentaverat, laborans, febre intermittenti tertiana die 27<sup>mo</sup> alvi tardae caussa, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\mathfrak{Z}$  j ad col.  $\mathfrak{Z}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Semel modo alvum excrevit valde tenuem, torminibus multis vehementissimis comitam Ceterum nihil observavit peculiare.

---

5. MAGDALENA VAN BUEREN, 21 annos nata, constitutionis hydraemicae, in Polyclinico Medico, gastricismi caussa, die 27<sup>mo</sup> mensis Januarii, decoctum accepit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (̄̄ β ad col. ̄̄ iv) sc. o. bih. c. 2. Postquam totum assumerat decoctum, bis alvum dejecit copiosam, pulti similem, nonnullis torminibus stipatam. Post singulos haustus nauseabat aegra, attamen vomitus non insecutus est. Secundum narrationem puellae, urinae secretio et aucta erat, ejusque color paulo profundior.

---

6. MULIER EMMELOT, 39 annos nata, constitutionis plethoricae, die 15<sup>to</sup> mensis Februarii, Polyclinicum adiit Chirurgicum atque, alvi adstrictae caussa, decocto usa est cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (̄̄ β ad col. ̄̄ iv) sc. o. bih. c. 2. Assumptioni totius decocti bis alvus insecuta est, pultis instar mollis, nullis torminibus comitata. Urinae secretio non aucta fuit, profundioris tamen erat coloris. Aegra interdum etiam nauseam accusabat, quae tamen num Rhamno, an tonsillis suppurantibus produceretur, incertum est.

---

7. JULIO HARDEVELD, 8 annos nato, qui jamdudum Polyclinicum Ophthalmiatricum frequentaverat ob blepharo-conjunctivitidem catarrhalem, die 7<sup>mo</sup> mensis Februarii, alvi tardae caussa, decoctum praescribitur cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (̄̄ β ad col. ̄̄ vj) sc. o. bih. c. 2. Bis alvus excreta fuit tenax, sine ullo dolore aut nausea. Urina profundius erat colorata, ejusque copia paullulum aucta videbatur.

Mater autem nobis narrat, pueri istius systema uropoiëticum, post medicaminum etiam aliorum administrationem, semper esse irritatum. Repetitus ejusmodi remedii usus die 14<sup>to</sup> et 18<sup>vo</sup>, similes habuit effectus.

---

8. CATHARINA PLOMP, 16 annos nata, constitutionis plethoricae, in Polyclinico Chirurgico curam subiens adversus inflammationem glandulae submaxillaris, 30<sup>mo</sup> mensis Januarii, alvo tarda laborans, decoctum assumpsit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\bar{\zeta}$  j ad col  $\bar{\zeta}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Nullum vero medicamentum hoc praebuit effectum, nisi urinae colorem justo profundiozem. Die 8<sup>vo</sup> mensis Februarii, decocto ejusdem corticis usa est paulo fortiori ( $\bar{\zeta}$  i  $\beta$  ad col.  $\bar{\zeta}$  viij) sc. o. bih. c. 2. Quo factum, ut bis insequeretur dejectio alvi pultis instar mollis, nullis torminibus neque aliis molestiis stipata. Urina magis colorata, ejus vero copia non aucta fuit.

---

9. JANUS VAN STELLE, 49 annos natus, constitutionis debilis, die 27<sup>mo</sup> mensis Januarii in Nosocomium Academicum receptus, diabete insipido laborans, die 31<sup>mo</sup> ejusdem mensis, propter alvum tardam, usus est decocto corticis Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\bar{\zeta}$   $\beta$  ad col.  $\bar{\zeta}$  vj) sc. o. bih. c. 2. Jam vespere semel alvum dejecit tenacem, postridie vero bis magis pulti similem, sine ullo autem incommodo. Urina magis profunde erat colorata. Die 7<sup>mo</sup> mensis

Februarii iteratum decoctum, nullum praebuit effectum, nisi decolorationem urinae profundam.

---

10. GERTRUDA TIGGELMAN, 25 annos nata, grava, temperamenti nervosi, alvi segnitie laborans, 3<sup>to</sup> die mensis Februarii decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\xi$  j ad col.  $\xi$  viij) sc. o. bih. c. 2. Quo assumpto, ter alvus insecuta est copiosa atque mucosa, nonnullis modo torminibus vix notandis stipata, imprimis sub tenesmis ad alvum. Neque nausea neque alia observabantur symptomata. nisi urinae color profundior.

---

11. H. VAN W....., med. stud. 27 annos natus, irritabilis, alvi adstrictae caussa, die 7<sup>mo</sup> mensis Februarii, decoctum assumsit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\xi$   $\beta$  ad col.  $\xi$  iv) sc. o. bih. c. 2. Bis alvus insecuta est tenuissima, fere aquosa, multis atque vehementibus torminibus stipata. Ceterum bene tulit remedium nihilque observavit, quod a norma recederet.

---

12. HENRICUS GOEDHART, (vide supra), die 13<sup>to</sup> mensis Februarii, decoctum assumsit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\xi$   $\beta$  ad col.  $\xi$  iv) sc. o. bih. c. 2. Sexies alvum dejecit, primum pultis instar mollem, postea tenuiorem, paucis modo torminibus comitatam. Nulla ceterum observavit symptomata peculiaris. Urinae color atque copia normalis erant.

---

13. JOHANNA VAN PIGGELEN, (vide supra), die 24<sup>to</sup>

mensis Februarii, quum alvus illi clausa esset, decoctum sumpsit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Bis alvus insecta est tenuissima, parca, nullis incommodis stipata. Urinae secretio non aucta, ejus color vero profundior erat.

CORTEX RAMORUM JUNIORUM CUM  
EPIDERMIDE SICCATUS.

1. MARINUS ACHTERBERG, (vide supra), die 2<sup>do</sup> mensis Februarii, decocto usus est cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Primo die nulla observavit symptomata subjectiva, altero vero ter alvum dejecit copiosam, prima et altera vice pulti tenui similem, tertia tenuissimam. Urina fusci coloris, non majori quantitate erat secreta.

2. ARNOLDUS HYMANS, 30 annos natus, constitutionis plethoricae, jam per aliquod temporis spatium Polyclinicum frequentaverat Chirurgicum, pleuritide spuria atque periostitide maxillae inferioris dextrae correptus. Die 1<sup>mo</sup> mensis Februarii, alvi adstrictae caussa, decoctum assumpsit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (℥ j ad col. ℥ viij) sc. o. bih. c. 2. Nullum inde incommodum habuit, nisi tenesmos paucos vix notandos. Semel modo alvum dejecit valde tenacem. Urina profundioris erat coloris, copia non aucta. Die 25<sup>to</sup> ejusdem mensis simili usus est decocto sc.

o. bih. c. 2., cui ter insequabatur dejectio alvi tenuissimae, nullis molestiis stipata. Urinae valde coloratae secretio non aucta fuit.

---

3. JULIUS HARDEVELD, (vide supra), alvi tardae caussa, die 21<sup>mo</sup> mensis Februarii decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\bar{\zeta}$   $\beta$  ad col.  $\bar{\zeta}$  vj) sc. o. bih. c. 2. Quo assumpto, bis modo alvum dejecit pulti similem, nullis torminibus aliisve incommodis stipatam. Urinae flavae secretio aucta erat, quod tamen secundum matris narrationem etiam post aliorum medicamentorum usum accidere solebat. Die 28<sup>vo</sup> ejusdem mensis, eodem usus fuit decocto, quo factum ut bis alvum dejecerit pultis instar mollem, nullis incommodis stipatam. Die 7<sup>mo</sup> mensis Martii, tertia vice decoctum sumsit, cui rursus nullis sub incommodis bis alvus insequabatur pulti similis. Urina colorata quovis in casu aucta erat.

---

4. GERARDA JANSSEN, 21 annos nata, constitutionis hydraemicae, gastricismo atque chronico exanthemate laborans, Polyclinicum adiit Medicum, ubi decoctum accepit, cort. Rh. fr. cum epidermide siccati ( $\bar{\zeta}$   $\beta$  ad col.  $\bar{\zeta}$  iv) sc. o. bih. c. 2. Multis torminibus valde vehementibus vexata, bis alvum dejecit pulti tenaci similem. Ceterum nulla observavit symptomata peculiaria.

---

5. ANNA VAN DER POL, 19 annos nata, constitutionis plethoricae, die 28<sup>vo</sup> mensis Januarii, ob

pannum vasculosum utriusque oculi, Polyclinicum frequentans Ophthalmiatricum alvoque tarda laborans, die 6<sup>to</sup> mensis Februarii, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (̄ j ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2, cui ter insecuta est dejectio alvi, pulvis instar mollis, multis torminibus stipata. Nullus ceterum observabatur alius effectus, nisi urinae color flavus ejusque copia paululum aucta.

---

6. HENRICUS HENGIN, (vide supra), experimenti causa, die 19<sup>no</sup> mensis Aprilis decoctum assumpsit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (̄ j ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam majorem jam potionis partem exhauserat, cephalalgia frontali atque paucis torminibus corripiebatur, quibus sexies insecuta est dejectio alvi, in initio tenuis, postea spissae. Praeter urinae colorem valde profundum, nil aliud observabatur peculiare.

---

7. J. C. V. . . . . jur. stud., (vide supra), die 28<sup>to</sup> mensis Aprilis, experimenti causa, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (̄ j ad col. ̄ viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam sex cochlearibus usus fuerat, alvus sequebatur copiosa tenuis, multis borborygmis, nullis vero torminibus praenunciata. Post quartum haustum ter deinceps, brevibus tantum intervallis, alvum excrevit tenuissimam, nullis aliis symptomatibus, nisi borborygmis stipatam. Urinae flavae secretio, quod attinet ad copiam, normalis erat.

---

8. A. VAN E. . med. stud. (vide supra), die 27<sup>mo</sup> mensis Aprilis, experimenti caussa, decocto usus est cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (̄3 j ad col. ̄3 viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam majorem potionis partem exhauserat, per intervalla torminibus satis vehementibus vexabatur et quinquies alvum dejecit copiosam, ter pulti tenaci similem, bis tenuissimam. Praeter urinae decolorationem flavam nil observavit memoratu dignum.

---

9. WILHELMINA VAN HULST, 30 annos nata, constitutionis plethoricae, alvi adstrictae caussa, die 28<sup>vo</sup> mensis Aprilis, decoctum adhibuit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (̄3 j ad col. ̄3 viij) sc. o. bih. c. 2. Praeter peculiarem caloris in abdomine sensationem nullum praebuit potio effectum subjectivum. Bis alvus excreta fuit tenuissima. Urina neque colorata neque majori copia fuit secreta.

---

10. JOHANNES LINNEBANK, (vide supra), alvo tarda laborans, die 30<sup>mo</sup> mensis Aprilis decoctum assumpsit cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (̄3 j ad col. ̄3 viij) sc. o. bih. c. 2. Postquam nonnulla assumerat cochlearia, torminibus paucis, borborygmis atque flatibus multis vexatus fuit, quibus septies alvus insecuta est tenuissima, aquosa. Urina profundioris erat coloris, sed normali quantitate secreta. Ceterum nulla observabantur abnormia.

---

11. MULIER DE MAN, (vide supra), alvo tarda



laborans, die 28<sup>vo</sup> mensis Aprilis decoctum assumsit  
cort. Rh. fr. cum epidermide siccati (℥ j col. ℥ viij)  
sc. o. bih. c. 2. Nulla ab ea potione observabantur  
symptomata subjectiva, nisi tormina valde vehe-  
mentia, quibus bis alvus insequabatur tenuissima.  
Urinae nulla obtinuit mutatio.

## CAPUT QUARTUM.

### DE ACTIONE ET USU CORTICIS RHAMNI FRANGULAE CONSECTARIA.

Quemadmodum in initio capitis superioris significavimus, experimentis in hominibus cum sanis tum aegrotis institutis, investigare studuimus:

1°. num vis et actio corticis Rhamni frangulae ramorum vetustiorum differat a vi et actione corticis ramorum juniorum;

2°. num vis et actio corticis recentis differat a vi et actione corticis siccati;

3°. num vis et actio corticis totius differat a vi et actione singulorum ipsius stratorum, scilicet externi purpurei, secundi viridis, interni flavi.

Hic quidem quaestionibus quam optime respondurus esse mihi videor, secundum experimentorum eventum deinceps comparando corticem externum ramorum vetustiorum cum eodem ramorum juniorum, corticem externum siccatum cum eodem recenti, cor-

ticem secundum viridem ramorum vetustiorum cum eodem ramorum juniorum, corticem secundum viridem siccatum cum eodem recenti, corticem internum flavum ramorum vetustiorum cum eodem ramorum juniorum, corticem internum flavum siccatum cum eodem recenti, corticem cum epidermide ramorum vetustiorum cum eodem ramorum juniorum, corticem denique cum epidermide siccatum cum eodem recenti.

Quamquam ad certam conclusionem major requireretur experimentorum numerus, quam instituere nobis contigit, ea tamen, quae 168 experimenta nos docuerunt, non omni valore carere videntur. Horum nimirum 83 pertinent ad corticem ramorum vetustiorum, 85 ad juniorum, 84 ad corticem siccatum totidemque ad recentem, 123 ad strata corticis singula, 45 denique ad corticem cum epidermide. Trado igitur quae potui, non quae volui.

COMPARATIO CORTICIS RHAMNI FRANGULAE EXTERNI  
RAMORUM VETUSTIORUM CUM EODEM JUNIORUM  
RAMORUM CORTICE.

E meis experimentis patere videtur, discrimen horum corticum vel nullum vel certe minimum esse. Fortasse aliquanto major vis in nervum glossopharyngeum et vagum vetustiorum ramorum cortici inest quam juniorum. Nam in 20 experimentis cum priori institutis, octies nausea, bis vomitus excitata sunt, in totidem autem experimentis cum posteriori institutis, quater nausea adfuit, nunquam vomitus. Alterum

discrimen, quamvis minimum, videre est in vi, quam cortex in nervum habet sympathicum. Nimirum eadem experimenta docuerunt, vetustiorum ramorum corticem externum tredecies, juniorum vero sexies modo tormina quaecumque tandem excitasse. Nullum discrimen invenitur quod attinet ad vim horum corticum in secretionem intestinorum, quae jam per se minima est, si conferas vim ceterorum, neque etiam differre videtur vis hujus corticis in systema uropoëticum. Ex omnibus hoc statuo: *Corticem externum, sive de ramis vetustioribus sive de junioribus desumptus sit, vel prorsus vel fere ejusdem esse actionis; praesertim si teneas, nervos illos quos nominavi, in alio homine facilius, in alio aegrius affici.*

COMPARATIO CORTICIS RHAMNI FRANGULAE  
EXTERNI SICCATI ET RECENTIS.

Alteri quoque quaestioni, si de cortice externo sermo est, negando respondendum videtur. Certe nullius fere momenti est discrimen, quod, institutis 20 utrinque experimentis, reperi, quum octies factum sit, ut cortex siccatus nauseam excitaverit, quater vero, ut cortex recens hoc efficeret. Jam vero aliter, ut jam animadvertimus, aliorum hominum nervi affici solent, quo fit, ut hac in re nullum omnino discrimen statuendum esse videatur.

COMPARATIO CORTICIS SECUNDI (VIRIDIS)  
RAMORUM VETUSTIORUM ET JUNIORUM.

Neque hęc quicquam discriminis obtinet, quantum statuere licet ex viginti experimentis cum singulis institutis. Quemadmodum in cortice externo nonnihil discriminis observabatur inter diversae aetatis ramos, quod attinet ad vim in nervum glossopharyngeum, vagum et sympathicum, sic hęc quoque vetustiorum ramorum cortex ex viginti casibus decies, juniorum sexies vomitum excitavit, nauseam vero prior quaterdecies, posterior tredecies. Major autem differentia obtinuit in motu intestinorum peristaltico. Ratio scilicet borborygmoretum vetustiorum ramorum cortice et juniorum excitatorum fuit = 13 : 6.

Difficile est definire, quatenus hęc diversa in singulis hominibus nervorum sensibilitas computari debeat. Hujus autem habita ratione, discrimina inter 10 et 6 et inter 13 et 6 non satis magna videntur, ut certa atque definita inter cortices illos admittatur discrepantia. Fieri tamen potest, ut cortex vetustiorum ramorum secundus paulo efficacior sit juniorum cortice secundo. Quod si verum sit, majori copiae partium activarum et quidem maxime principii nauseosi, attribuendum erit.

COMPARATIO CORTICIS RHAMNI FRANGULAE SECUNDI  
(VIRIDIS) RECENTIS ET SICCATI.

Ex eventu 40 experimentorum, quorum 20 cum

cortice secundo siccato, 20 cum recenti instituta sunt, primo obtutu certum quoddam inter illos discrimen apparere videtur. Hic quoque differentia pertinet ad nauseam, ad vomitum et ad borborygmos. Quoad nauseam, discrimen inter corticem hunc siccatum et recentem aequat numeros 17 et 10; quoad vomitum 11 et 5; quoad borborygmos denique 13 et 6. At, re accuratius considerata, neque hic certum discrimen adest. Praeter diversam enim nervorum sensibilitatem, de qua jam saepius dixi, in censum venit hoc, aequale pondus corticis siccati et recentis non continere aequalem copiam partium efficacium, sed in posteriori copiam aquae adesse satis magnam, quae nil efficiat. Quae quidem animadversio eo majoris momenti videtur, si teneamus, in corticibus externis siccato et recenti tale discrimen non esse, quandoquidem cortex externus per siccationem nihil fere ponderis amittat.

COMPARATIO CORTICIS RHAMNI FRANGULAE INTERNI  
(FLAVI) RAMORUM VETUSTIORUM ET JUNIORUM.

Actio utriusque corticis in ventriculum et in intestina non multum differre videtur. Nimirum, quod attinet ad tormina ventris, quae excitaverunt cortex internus ramorum vetustiorum ad juniorum sese habuit, ut 17:11; quoad alvi dejectiones, ut 21:17; cujus quidem, exiguae sane differentiae causa, pro magna profecto parte diversae hominum irritabilitati tribui potest. Nec major apparuit diversitas in colore

et copia urinae utriusque corticis administratione mutatis. In 21 scilicet experimentis cortex internus ramorum vetustiorum vicies, juniorum vero decies et sexies colorem urinae manifeste mutavit. Et quod attinet ad copiam urinae, juniorum cortice ramorum ter aucta fuisse videtur, vetustiorum certo fuit semel, bis autem fuisse videtur.

COMPARATIO CORTICIS RHAMNI FRANGULAE  
INTERNI SICCATI ET RECENTIS.

Unica, quam observavi inter cortices illos differentia, spectat aurium tinnitum, iis excitatum. Hujus nimirum respectu corticis siccati et recentis ratio aequat rationem numerorum 1 et 6. Ceteri utriusque effectus fere aequales fuerunt. Contra hoc satis apparuit, principii nauseosi magnam copiam contineri in cortice secundo, majorem in cortice interno. Etenim in 40 experimentis, cortex externus decies nauseam, bis vomitum effecit, cortex vero secundus in totidem vicies et septies nauseam, decies et sexies vomitum, cortex denique interior in 44 experimentis tricis et quinquies nauseam excitavit, vicies et sexies vomitum. Ratio igitur corticum illorum respectu prioris symptomatis est, uti 10:27:35, respectu posterioris, uti 2:16:26. Quod quidem discrimen diversitati corticum, non hominum constitutioni, tribuendum esse mihi videtur.

COMPARATIO CORTICIS RHAMNI FRANGULAE  
CUM EPIDERMIDE RAMORUM VETUSTIORUM  
ET JUNIORUM.

Vidimus jam, nullum fere actionis discrimen esse inter cortices ramorum vetustiorum et juniorum, sive sint externi sive secundi sive interni. Perquam igitur mirum esset, si aliter de corticibus, epidermide instructis, concludere deberemus, qui cortices ex tribus illis compositi sint. Sed congruunt cum ceteris, quae hîc apparuerunt.

Experimenta numero 23 cum vetustiorum ramorum cortice toto instituta sunt, 22 cum eodem juniorum ramorum. Discrimen hîc obtinuit quoddam, quod attinet ad vim in nervum glossopharyngeum et vagum; erat nempe uti 10 : 5. Quod uti per se jam parvum est, ita nullum fere esse mox apparebit, comparatione facta corticis hujus siccati et recentis, nam pertinere inprimis videtur ad conditionis siccatae et recentis discrepantiam.

COMPARATIO CORTICIS RHAMNI FRANGULAE CUM  
EPIDERMIDE SICCATI ET RECENTIS.

Erunt fortasse, qui mirentur, discrimen admitti posse inter corticem cum epidermide siccatum et recentem, postquam de singulis ejus stratis constitit, discrimen non dari. Sed observandum est, me stratis illis usum esse recens siccatum, cortice vero epidermide instructo ante annum vel longiore etiam



temporis intervallo siccato, quae quidem res non omni vi in actionem carere, quemadmodum a priori videri possit, ita a posteriori illud confirmatum fuit.

Discrimen, quod reperi, pertinet item ad vim in nervum glossopharyngeum et vagum, et certe majus est, quam quod pro fortuito haberetur. In viginti scilicet experimentis cortex siccatuſ bis modo nauseam excitavit, nunquam vero vomitum; cortex contra recens, tredecies nauseam effecit, decies vomitum. Ratio igitur nauseae respectu est, uti 2 : 13, vomitus, uti 0 : 10.

Temporis angustia prohibuit, quominus, experimentis quoque institutis, compararem corticem cum epidermide recens siccatum et eundem jam dudum siccatum atque conservatum.

Atque his quidem praemissis, summa lubet deinceps notare conſectaria, quibus ad quaestiones propositas respondeamus.

#### Quaestio prima.

Num vis et actio corticis Rhamni frangulae ramorum vetustiorum differt a vi et actione corticis ramorum juniorum?

Responsum ad hanc quaestionem indicabit tabula proxime sequens, in qua, numeris adhibitis, veluti in conspectu ponitur vis et actio utriusque, de qua sermo est, corticis speciei, secundum effectus, quos habuit manifestos. In 83 scilicet experimentis cum vetustiorum ramorum, atque in 85 cum juniorum in-

stitutis observata sunt: in

	C. ram. vet.	C. ram. jun.	Discrimen.
Cephalalgia frontalis	= 27	: 27	= 0
Tinnitus aurium	= 7	: 14	= 7
Nausea	= 47	: 40	= 7
Vomitus	= 28	: 26	= 2
Calor in abdomine	= 12	: 10	= 2
Tormina ventris	= 59	: 42	= 17
Borborygmi	= 25	: 18	= 7
Alvus	tenax = 10	} = 70 : 69	} = 1
	pulti similis = 20		
	tenuior = 34		
	tenuissima = 6		
Urina	colorata = 58	: 51	= 7
	aucta = 10	: 9	= 1

Ex hac tabula patet, tam parvam fuisse effectuum manifestorum differentiam, ut, ratione habita diversae in diversis irritabilitatis, haud dubitem statuere: *mea experimenta nullum indicasse vis et actionis discrimen inter vetustiorum et juniorum ramorum cortices.*

#### Quaestio secunda.

Num vis et actio corticis Rhamni frangulae recentis differt a vi et actione corticis ejusdem siccati?

Ad hanc etiam quaestionem respondebo tabulam exhibendo, in qua manifesti utriusque corticis effectus veluti in conspectu ponuntur. Nimirum in 84 experimentis cum utraque corticis specie institutis,

observata sunt: in

	C. siccato.	C. recente.	Discrimen.	
Cephalalgia frontalis	= 26	: 28	= 2	
Tinnitus aurium	= 7	: 14	= 7	
Nausea	= 40	: 47	= 7	
Vomitus	= 26	: 28	= 2	
Calor in abdomine	= 7	: 15	= 8	
Tormina ventris	= 49	: 50	= 1	
Borborygmi	= 23	: 22	= 1	
Alvus	tenax	= 11	} = 73 : 67 {	
	pulti similis	= 32		
	tenuior	= 27		
	tenuissima	= 3		
			} = 6 {	
Urina	colorata	= 53	: 56	= 3
	aucta	= 13	: 9	= 4

Ex 168 experimentis hîc quoque, congruenter cum iis, quae supra adnotavimus, vix quicquam discriminis esse patet inter corticem recens siccatum et recentem. Quum autem manifestum observaverim discrimen, inter corticem cum epidermide ante longum temporis spatium siccatum et diu adeo conservatum atque corticem recentem, hoc statuo: *usum corticis, diu conservati, propter actionem minus vehementem imprimis in ventriculum, multum praeferendum esse usui corticis recentis.*

#### Quaestio tertia.

Num vis et actio corticis totius differt a vi et actione singulorum ipsius stratorum, scilicet externi purpurei, secundi viridis, interni flavi?

Ut ad hanc quaestionem responderi possit, primum definiendum videtur, quatenus singulis corticis stratis vis quaedam definita majori minorive cum certitudine tribui possit.

Quod ad corticem externum attinet, ratione habita 40 experimentorum supra memoratorum, haec ponere licet:

1) *vim ejus leviter tantum esse purgantem.* Nam nonnisi decies alvi dejectionem effecit, eamque in nonnullis casibus minimam.

2) *vim ejus diureticam non omnino negari posse.* Nam quindecies luculenter apparuit urinae secretio multum aucta, ter etiam verosimiliter aucta. Haec autem opinio confirmabatur mihi, quum in experimentis cum cortice cum epidermide institutis eadem vis quater certo apparuerit et quater apparuisse videatur; in nullo vero cum cortice secundo vel interno instituto experimento illud observatum fuerit.

3) *parum rhamno-xanthini eum continere, si cum ceteris corticibus conferas.* Nam post usum corticis hujus externi ex 40 casibus non nisi quater decies urina praeter modum colorata fuit.

Quod ad corticem secundum (viridem) attinet, ex 40 item experimentis haec statuo:

1) *corticem illum revera vim quandam habere purgantem, quamvis minorem quam quae cortici subsequenti inest.* Sane nonnisi vicies et novies luculenter ejus patuit actio in secretionem intestinorum, sed teneamus propter principium emeticum, cujus verosimiliter magna copia cortici inest, in sedecim

casibus potum fere continuo totum vomitu expulsum fuisse, itaque vel prorsus non, vel pro minima tantem parte tractum intestinalem attigisse.

2) *eum vel nullam vel valde dubiam habere vim diureticam.* Nam numquam certo et nonnisi quater dubie observata fuit urinae secretio aucta.

3) Urina quum vicies et octies valde colorata visa sit, *inesse huic cortici, copiam rhamno-xanthini majorem patet quam in cortice externo.*

Quae cortici secundo tribui, haec etiam cortici interno (flavo), sed auctum in modum assignanda esse puto.

1) *Cortex hic vim habet valde purgantem, nonnunquam drasticam.* Ex 43 experimentis, quae cum hoc cortice institui, 36 fortem in intestinorum secretionem observavi actionem, dum in nonnullis casibus potus vomitu expulsus in intestinorum tractum agere non potuerit, unde quid in alvum effecturus fuisset, statuere nequeo.

2) *Aequè minus ac cortex secundus, cortex, de quo hoc loco agimus, vim diureticam habet.* Nam in 43 experimentis secretionem urinae auctam nonnisi sexies observavimus eamque dubiam.

3) Cum denique tricies et sexies urina valde colorata apparuerit, et quidem vel fusco vel laete flavo colore tincta, patet, *huic cortici multo majorem copiam inesse rhamno-xanthini quam utrique praecedenti.*

---

Ratione habita igitur eorum, quae diversa cum diversis corticis stratis experimenta me docuerunt,

tertia, quam posui, quaestioni, ita opinor, respondere mihi licet, ut statuam:

1) *vim et actionem corticis cum epidermide revera differre a vi et actione singulorum corticis stratorum; illius nimirum corticis cum epidermide, qui jam dudum siccatus atque conservatus fuit, non vero recens siccati.* Etenim 23 experimenta cum cortice integro, diu conservato instituta mihi ostenderunt, multo mitius eum agere quam corticem secundum et internum. Catharsin nempe eo sollicitam non comitabantur tormina illa vehementia, quae post secundi corticis et interioris administrationem observata fuerunt, vix tenesmi quidam leviores; et quod attinet ad materiem per anum excretam, magis erat minusve pulti similis, non ut saepius post corticis secundi vel interioris usum, tenuissima atque aquosa.

Ultima illa differentia num pro parte tribui possit vi corticis externi adstringenti, quam multi admitterunt, equidem affirmare, non ausim, quoniam ex experimentis meis vis illa proberi nequit. E sapore adstringenti eam conjectura augurari forsitan licet. Quae quamvis ita sint, non facio cum doctissimo BINSWANGER, aliisque usum corticis interioris prae cortice cum epidermide commendantibus. Hunc e contra propter mitiorem actionem illi praeferendum esse statuo.

2) Diureticam, ut vidimus, vim cortici Rhamni frangulae cum epidermide inesse, alii ajunt, alii negant. Equidem cum prioribus facio. In 45 ex-

perimentis nempe cum hoc cortice institutis, quater urinae secretionis augmentum manifestum observavi, idque in iis casibus, in quibus exiguam modo vim in tractum intestinalem habuit. Quod in ceteris non apparuit vis, cum secretio membranae mucosae intestinorum adaucta esset, vim illam deficere, nequaquam probare potest. In multis aliis scilicet conditionibus rationem illam quodammodo antagonisticam renum et intestinorum observamus.

T A N T U M.

# T H E S E S.

---

## I.

Perverse nonnulli rubrum haematini colorem ferro attribuunt.

## II.

Corpuscula sanguinis colore carentia non formantur in vasis capillaribus.

## III.

Pulmonum functio impedita hepatis nutritioni atque bilis secretioni favet.

## IV.

Uterus multorum morborum atrocissimorum auctor dici debet.



V.

Hydrocephalus acutus infantum fere semper ex inflammatione baseos cerebri originem ducit.

VI.

Phlebitis et lymphangeitis in febre puerperali non primarii, sed secundarii sunt morbi.

VII.

Febris puerperalis pyaemica, quae dicitur, nomen illud non meretur.

VIII.

Auctum lienis volumen pluribus in casibus signum diagnosticum dici non potest.

IX.

Praeclare Gaubius: „Nova nondum probe explorata ne adhibe, si aliis idem praestare possis.”

X.

Male Richter de diureticis in hydrope administrandis „Diese Indication,” inquit, „gilt eben sowohl, wenn die Nieren selbst krank sind, als da wo andere Organe eine Wassersucht veranlassen.”

XI.

Non assentior doctissimo Quarin Willemier dicenti: secretionem urinae, post usum corticis Rhamni frangulae auctam, e rhamno-xanthino in sanguine et bile invento, commodam habere interpretationem.

XII.

Errant, qui materiem in liquoribus corporis humani insolubilem efficacitate carere statuunt.

XIII.

Cranii perforatio in hydrocephalo chronico rejicienda est.

XIV.

Prudens cranii per fascias adstringentes compressio in hydrocephalo chronico haud improbanda videtur.

XV.

Venarum compressio vel ligatura, ad ulcera sananda varicosa, reprobanda videtur.

XVI

Ovarii hydropici extirpatio in genere rejicienda est.

XVII.

Primiparae atque hystericae imprimis ad eclampsiam praedispositae sunt.

XVIII.

Haemorrhagia uteri, hujus contractione aucta, membranis intactis, non semper ex placenta praevia pendet.

XIX.

Non datur combustio spontanea.

XX.

Docimasia pulmonum, num vivus infans natus sit, effici nequit.

